LGr.H
W134s

Wagner Reinh. Joh. Theodorus

Symbolarum ad comicorum Graecorum

historiam criticam capita quattuor

L GT.
W134S

SYMBOLARVM D COMICORVM GRÆCORVM HISTORIAM CRITICAM CAPITA QVATTVOR

DISSERTATIO INAVGVRALIS

QVAM AD SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORVM ORDINE LIPSIENSI RITE IMPETRANDOS SCRIPSIT

REINH. JOH. THEODORVS WAGNER
NVSSINENSIS

Germany
236038
26.9.29.

LIPSIAE MCMV
TYPIS ROBERTI NOSKE BORNENSIS

RETTULERUNT AD ORDINIS PHILOLOGOS
DE HAC DISSERTATIONE

WACHSMUTH **LIPSIUS**

LIPSIAE D. II. M. FEBR. A. MCMV

PROCANCELLARIO
SEELIGER

PARENTIBVS CARISSIMIS

Digitized by the Internet Archive
in 2010 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/symbolarumadcomi00wagn

TABVLA ARGVMENTI.

pag.

Index librorum 7

Ad comicorum Graecorum historiam criticam symbolae.

Caput I: **De Diphili aetate** 11
a) Gnathaenae τῆς ἑταίρας aetas 13
1. Historia critica τῶν ἑταιρῶν quibus fundamentis nitatur . 13
2. Timoclis *Orestautoclides* quando scripta sit 14
3. Reliqua de Gnathaena testimonia 15
b) Quid de Diphili aetate ex inscriptionibus et fabularum fragmentis eruatur 17

Caput II: **Symbolae variae maxime chronologicae** 22
a) Anaxilae *Neottis* 22
b) Antiphanis *Halieuomene* 24
c) Timoclis *Icarii*, Philemonis *Λιθογλύφος*, Timoclis *Heroes* . . . 25
Tabula chronologica 28/29

Caput III: **De poetarum comicorum apud Suidam biographicis** . . 30
Vitas ex Athenaeo compilatas viri dd. quam insufficienter adhuc tractaverint illustratur, certaque via ac ratio harum glossarum indolis investigandae constituitur 30
Post enumerationem atque illustrationem
I. vitarum Hesychianae originis et 32
II. frustulorum genuinarum Hesychii vitarum . . 36
III. earum omnium glossarum eruitur natura atque indoles, quarum dramatum tituli ex Athenaeo hausti sunt 38
a) quae ratio intercedat inter sola articulorum lemmata et tabulas fabularum ex Athenaeo conflatas . . . 40
1. eae glossae, quarum ipsa lemmata Hesychii epitomae vindicanda sunt 40
2. eae, quarum lemmata quoque ex Athenaeo hausta sunt 44
b) α) de fide titulorum ex Athenaeo compilatorum . β) quae ratio intercedat inter Suidae et Athenaei codices (sive de falsis quae dicebantur citationibus) γ) de auctoribus additamentorum ex Athenaeo factorum 46
IV. De reliquis quattuor comicorum vitis 53
Conclusio 54

Caput IV: **Timocles** 56
a) Ὁμωνύμων vitarum similiumque apud Suidam glossarum natura atque indoles qua ratione recte investigetur et iudicetur demonstratur; semperque fere 'ἕτερος' epitomae esse Hesychianae et quidem rectissime se habere 56
b) Timoclis comici aetas accuratius definitur 60
c) Duplex Hesychii lemma (*Τιμοκλῆς ἑτερος*) quomodo explicandum esse videatur 62
d) Wilamowitzii sententia de eodem Timocle simul et comoediarum et Satyrorum poeta refutatur 63
Indices 67

INDEX LIBRORVM.

(Habes hic eos libros enumeratos, quos plus semel citavimus.)

Bergk, Verzeichnis der Siege dramatischer Dichter in Athen, *Rh*ein. *M*us. *XXXIV* 1879 p. 272 sp.

Capps, Ed., The catalogues of victors at the Dionysia and Lenaea, The American Journal of Philol. *XX* 1899 p. 388 sq.

— Chronological studies in the Greek trag. a. comic poets, The Am. Journ. of Ph. *XXI* 1900 p. 38 sq.

— The dating of some didascalic inscriptions, Amer. Journ. of *Arch*aeol. *IV* 1900

— *The introd*uction of Comedy into the City Dionysia, Chicago 1903 (= The decennial Publications of the Univ. of Chic., VI 1903 p. 261 sq.)

Daub, *de S*uidae biographicorum origine et fide, Fleckeis. Jahrb. Suppl. XI 1880 p. 405 sq.

— Zu den Biographica des Suidas, Fleckeis. *Jahrb. XXVII* 1881 p. 259 sq.

— *Stud*ien zu den Biographica des Suidas, Freiburg u. Tübingen 1882.

Dietze, De Philemone comico, Diss. Gotting. 1901.

Egenolff, Bericht über die griech. Lexica, Bursians Jahresb. 1879 XVII, I p. 161 sq.

Flach, Untersuchungen über Hesychius Miles., *Rh*ein. *M*us. *XXXV* 1880 p. 191 sq.

— Über den gegenwärtigen Stand der Quellenkritik des Hesychius v. Mil., Fleck. *Jahrb. XXVI* 1880 p. 821 sq.

— ed. Hesychii Mil. Onomatologi quae sup. cum prolegomenis. Lips. 1882.

Hueffner, De Plauti comoediarum exemplis Atticis quaest. max. chronol., Diss. Gott. 1894.

Jacobs, Fr., Vermischte Schriften t. IV, 1830.

Kaibel, Athenaeus und Suidas, Herm. XXII 1887 p. 323 sq.

Krause, E. F., De Apollodoris comicis, *Diss.* Berol. 1903.

Legrand, Pour l'histoire de la comédie nouvelle, Revue des ét. gr. XVI 1903 p. 349 sq.

Marx, Ein Stück unabhängiger Poesie des Plautus, Wien. Sitz.-Ber. 1899 VIII.

Niese, Geschichte der griech. u. maked. Staaten seit der Schlacht bei Chaeronea. 1893—1903.

Rohde, *Γέγονε* in den Biographica des Suidas, *Rh*ein. *M*us. *XXXIII* 1878 p. 161 sq. = Kleine Schriften I p. 114 sq.

— Philo von Byblos und Hesychius von Mil., *Rh*ein. *M*us. *XXXIV* 1879 p. 561 sq. = Kl. Schr. I p. 365 sq.

Seiler, ed. Alciphronis Epistulae 1853.

Volkmann, Quaestiones selectae de Suidae biographicis, *Diss.* Bonn. 1861.
— De Suidae biographicis quaest. alterae, *Symb.* phil. Bonn. II 1864.
Wachsmuth, De fontibus ex quibus Suidas in scriptorum Graec. vitis hauserit . . *Symb.* phil. Bonn. I p. 137 sq.
Wentzel, G., Die griechische Übersetzung der viri inlustres des Hieronymus, *Gebh*ardt-*Harn*ack, *Texte* und Untersuchungen 1895 XIII, 3.
— Hesychiana, *Herm. XXXIII* 1898 p. 275 sq.
von Wilamowitz, Commentariolum gramm. IV, *ind.* schol. *Gott.* 1889/90, p. 23 sq.
— Der Landmann des Menandros, N. *Jahrb.* für d. klass. Altertum. 1899 III p. 513 sq.

Postquam A. Meineke fragmenta comicorum Graecorum singulari doctrina diligentia sagacitate colligens disponens studiis omnium, qui comicis Graecis essent operam daturi, latissimum et firmissimum iecit fundamentum, cum inscriptionibus inventis et collectis tum in universum litteris progressis hic illic historia comicorum Graecorum amplificari potest. Quod imprimis cognoscere licet ex illis commentariolis, quae nuper conscripsit vir doctissimus Americanus Ed. Capps. Cui, ut unum commemorem, catalogos poetarum comicorum C. J. A. II 977 d—h (= Dittenb. 'Syll.' 723) ad Lenaea pertinere sagacissime demonstranti omnes assensi sunt,[1]) e quibus nomino virum praeclarissimum G. Kaibel praematura morte nobis abreptum, qui in his rebus quasi dux et primipilus omnibus antecedebat. Nos autem iam exponamus, quibus symbolis historiam criticam comicorum Graecorum augere posse nobis videamur. Neque omitto iustas antea gratias agere viro humanissimo Friderico Marx, qui scholis suis Plautinis primum aliquando mihi dedit impulsum, ut iucundissimae huic materiae studium navarem.

---

[1]) cf. Capps, 'The Introd.' p. 23 not.

Ut de temporibus hominibusque antiquis iudicium feratur iustum, . . . opus est et mores et vitam populi in animo nostro resuscitare, opus est poetis aurem praebere.'
Ud. de Wilamowitz.

CAPUT I.

DE DIPHILI AETATE

unius e tribus novae Graecorum comoediae principibus dissentiunt viri dd. Ac primum quidem A. Meineke unius Anonymi (II. Kaib.) *περὶ κωμῳδίας* testimonio[1]) nisus nil dicit nisi Philemonis et Menandri aequalem fuisse Diphilum,[2]) neque e fabularum fragmentis quicquam accuratius de Sinopensis poetae aetate eruit. Post eum editor comicorum Bothe[3]) Diphilum e ratione temporis vult Menandro anteponi notam addens testimonio Anonymi: '(*ἐδίδαξε*) circa a. 337 ante Chr. n.' Deinde Kock videtur in incerto esse cum scribit[4]) Meinekii ut apparet iudicio[5]) nisus: 'Diphilum ante Menandrum posui non solum ut secundi tertiique voluminis ambitum exaequarem, sed etiam quod Diphileae poesios indoles ad similitudinem magis priorum quam posteriorum novae comoediae poetarum accedit'. Meinekium autem secuti aequalem esse Menandri poetam iudicant Bergk,[6]) Susemihl,[7]) Capps[8]) eumque secutus Krause,[9]) Dittenberger,[10]) quos ipsos quoque hoc iudicium nullis certis causis fulsisse monendum est, nisi quod Capps et Krause in universum catalogum poetarum C.J.A. 977 pro argumento afferunt. Itaque nuper Kaibel caute ut solet dicit de

---

1) *Δίφιλος Σινωπεὺς κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ἐδίδαξε Μενάνδρῳ.*
2) 'Hist. crit. com. Gr.' p. 446. 439.
3) 'Poet. com. Gr. fragm.', Paris, Didot, 1855 p. 630.
4) 'Com. Att. fragm.' II p. 541.
5) Mein. hist. crit.' p. 447: 'de indole poesios Diphiliae ita iudicamus, ut mediae potius quam novae comoediae ingenium eam rettulisse credamus.'
6) l. c. p. 312. 'Griech. Litt.' IV p. 225.
7) 'Alex. Litt.' I p. 260.
8) l. c. XXI. p. 48.
9) l. c. p. 23.
10) 'Syll.' No. 723[46].

temporibus Diphili hoc[1]): 'Seine Zeit wird . . nach Menander bestimmt . . . Daß D. den berühmten Rivalen . . überlebte, läßt sich sicher beweisen, da Philemon im Phasma (Plaut. Most. 1145) den D. als lebend erwähnt, dies Stück aber nach dem Tode des Agathokles (289) geschrieben sein muß.' Restant duorum doctissimorum virorum iudicia. Quorum alter, Marx, eo nisus, quod in fragmento Marmoris Parii recens invento atque annos 336—301 complectenti[2]) Diphili nomen non inveniatur, cum et Philemonis et Menandri victoria commemoretur, Diphilum putat fabulas docuisse primo dimidio saeculi tertii.[3]) Sed breviter oblocutus est de Wilamowitz dicens[4]) Menandrum ab utraque parte a Diphilo aetate superari, neque tamen fusius sententiam fulciens. Nuper autem Skutsch[5]) cum haec contendit: 'Daß D. bereits in den zwei letzten Jahrzehnten des 4. Jahrhunderts für die Bühne tätig war, wird sich jetzt wohl nicht mehr bestreiten lassen, wie es Marx . . . versucht hat', infirmissimo sane nititur argumento. Putat enim e Plauti Cas. vv. 330 sq. concludi posse Diphili '*Κληρουμένους*' doctam esse haud multo post mortem Alexandri Magni. At reputandum est talia, qualis est totius loci indoles atque conexus, et Diphilum et Plautum potuisse scribere etiam sine ulla rerum publicarum significatione. Imprimis hoc mihi videtur esse observandum, quod prior Lysidamus senex satis inepta vanitate ipse se Jovi, minutis deis suos comparat; verba autem eius ne tantulum quidem ad res publicas spectant. Ad ea servus insolenter respondet: novit eum qualis sit Juppiter, ubique uxoris arbitrio misere obnoxium et a servo auxilium consiliumque petentem; taedet eum senis amore capti: 'Sane tu es Juppiter vere humanus idemque mortalis satisque debilis ac senilis. Si mortuus eris . ., quis . . .' Istam igitur Skutschii rationem argumentandi nos non comprobamus: quid enim hac via demonstrari non poterit? Jam vidimus viros dd. de aetate tertii novae comoediae principis satis dissentire, cum et ca. a. 337 et post a. 262[6]) Diphilum velint docuisse fabulas. Nos autem videamus possitne accuratius aetas poetae definiri.

Cap. I: a Reliqua veterum testimonia sunt haec: Strabo XII p. 546. Lexicon Hermanni p. 324. E quibus nil sequitur nisi ut Diphilus

---

[1]) 'Pauly-Wiss.' s. v. Diph. 12.

[2]) cf. A. Wilhelm, 'Athen. Mitt.' XXII 1897 p. 192 sq.; F. Jacoby, ed. Marmor Parium 1904 p. 20 sq.

[3]) l. c. p. 26: 'die Zeit des Diphilus ist unbekannt . . . D., dessen Thätigkeit wohl die erste Hälfte des 3. Jahrhunderts ausfüllt.'

[4]) 'Jahrb.' p. 516.

[5]) 'Zu Plautus' Casina und Diphilus' *Κληρούμενοι*', Herm. XXXIX 1904 p. 301 sq.

[6]) Dietze l. c. p. 13[1] Marxium secutus.

Sinopae natus vixerit Athenis, mortuus sit Smyrnae. Praeterea compluribus apud Athenaeum locis a Lynceo Samio[1]) et Machone[2]) commemoratur et introducitur vel amator Gnathaenae (nec non ap. Alciphr. ep. I 37 Myrrhinae et Thettalae) vel una cum Chaerephonte parasito. Inde ergo nobis proficiscendum. Iam autem habemus terminum ut dicunt ante quem. Lynceus enim, Theophrasti discipulus, Duridis frater, floruit temporibus Menandri, quem tamen aetate superavit.[3]) Secundum autem Lyncei et Machonis narrationes primo loco quaerendum est

Γνάθαινα ἡ ἑταίρα quando vixerit.[4])

Quaestionem antequam suscipiamus, nonnulla praemittenda sunt. Historiae criticae *τῶν ἑταιρῶν* cum primum operam dare coepi, ab initio de susceptae quaestionis secundo proventu prorsus eram desperaturus, cum tantam molem muliercularum partim cognominium cognoscerem. Postea vero intellexi, aliquantum in hac materia posse profici; nam ubique et Athenaeus et nos ipsi optimis et firmissimis nitimur fundamentis: primum ipsis comicorum fragmentis, deinde oratorum Graecorum testimoniis, denique ipsorum veterum grammaticorum doctrina atque diligentia; de quibus cf. Jacobs l. c. p. 315/16 et ex. gr. Athen. XIII 583 d e 591 al. Neque vero nescio, si meretricis cuiusdam nomen in diversis fragmentis occurrat, non propterea statim de eadem muliercula esse cogitandum. Quamquam confido lectorem, qui omnia quae prolaturi sumus, non singula separatim secum recogitaverit, intellecturum esse nihil nos hac in re errasse. Quin etiam ne debebit quidem lector iudicium suum differre. Perraro enim nobis res erit cum obscuris meretricibus; tum autem ipsi demonstrabimus utrum una eademque intellegenda sit necne. Immo saepissime famosissimae mulierculae nobis occurrent, velut Sinope, Pythonice,[5]) Gnathaena, quae totum fere implent librum Athenaei XIII. Quem qui perlegerit minime poterit dubitare, quin iure ac merito semper

Cap. I: a 1

---

[1]) Athen. XIII 583 f.

[2]) Ath. XIII 579 e. — 580 b. 578 e. VI 243 ef.

[3]) Ath. IV 128 a; Mein. 'hist. cr.' p. 458; Müller, F.H.G. II p. 466[1]; Susemihl, Al. Litt.' I p. 488.

[4]) Rogatum voluerim lectorem benevolum, ne indignetur, si forte hac in re paulo longior esse videbor; spero enim nos Gnathaenae vestigia indagantes lepide complures apros uno saltu esse capturos.

[5]) Famosae meretricis nomen cum nuperrime a Niesio, Belochio, Diels-Schubart, aliis Pythionice scriptum videam, iterum iterumque liceat monere viros dd., ut tandem aliquando audiant Boeckhium C.J.G. I p. 476 docentem, Pythonice scribendum esse; cf. Sintenis, Plut. v. par. 1843 t. III p. 317; Hitzig, Pausan. 1896 I 37[5]. — Diod. XVII 108.

fidem Athenaeo habuerimus, qui mirum in modum in hac materia et in his temporibus versatus erat. Quippe qui plurimos comicos, velut Alexin, Antiphanem, Diphilum, Eubulum, Menandrum, ipse perlegisset vel ipse de iis, velut de Archippo comico, commentaria conscripsisset; qui Aristophanis Byzantii, Apollodori, Herodici Cratetei, Callistrati *περὶ ἑταιρῶν* doctrinam in suum usum convertens usque eo examinaret, ut ipse de suo haud paucas, velut Gnathaenam, *ἑταίρας* enumerare posset (XIII 583 de), quas ab illis omissas videret; qui Apollodorum perscrutatus diligenter annotaret (591c), duas Phrynas esse distinguendas.[1])

De Gnathaena igitur meretrice egit Jacobs l. c. p. 540 sq. Qui tamen in universum studet secundum Athenaeum celeberrimarum meretricum facete dicta enarrare, mores depingere. Neque Gnathaenae aetatem terminis circumscripsit, nisi quod ex ordine, quo singulae meretrices ab illo depictae sese excipiunt, de earum tempore aliquid concludere licet. Neque plura de aetate mulieris Seiler.[2]) Unius potui indagare iudicium Perizonii dicentis ad Ael. var. hist. (1701) XII 13: 'Vixit (Gn.) tempore Stilponis philosophi ac Diphili poetae, qui eam amarunt, atque adeo post Alexandrum.' Quae ita intellegenda esse videntur, ut Perizonio Stilpo et Diphilus visi sint floruisse temporibus Alexandri, quem ipsa superaverit aetate Gnathaena. De Stilpone cf. nunc Susemihl 'Al. Litt.' I p. 17. 18. Rectius Perizonius de Gnathaena; neque tamen nobis tandem aliquando vitam poetae Sinopensis certioribus finibus circumscripturis sufficit brevis nota nullis argumentis adiectis. Levis igitur et sane impudentis meretricis vestigia nobis insecuturis
Cap. I: a2 proficiscendum videtur a fragmento 'Orestautoclidis' Timocleae apud Athen. XIII 567e (= II 462 K). En habes:

περὶ δὲ τὸν πανάθλιον
εὕδουσι γρᾶες[3]) *Νάννιον, Πλαγγών, Λύκα,*
Γνάθαινα, Φρύνη, Πυθονίκη, Μυρρίνη,[4])
Χρυσίς,[5]) *Κοναλίς, Ἱερόκλεια, Λοπάδιον.*

De fragmenti huius interpretatione atque fabulae indole cf. Mein. 'hist. cr.' p. 432. Autoclidem illum iam ante a. 345 *παιδε-*

---

[1]) De fontibus Athenaei cf. etiam Wentzel, 'Pauly-Wiss.' II 2032.

[2]) l. c. p. 266.

[3]) Vertendum non est 'anus' (Bothe), sed 'mulierculae'.

[4]) Eandem amavit Hyperides (Athen. XIII 590 c). Aliam esse eam, quam Demetrius urbium expugnator qui dicitur amavit (Athen. 593 a), etiam Bergk vidit ('de rell. com. Att. ant.' p. 344/5).

[5]) Hanc quoque aliam esse atque Demetrii Poliorcetae amicam (Plut. Dem. 24) certum est (cf. Seiler l. c. p. 258[2]).

ραστὴν σφοδρὸν famosum fuisse apparet ex or. Aisch. c. Tim. (I 52) illo ipso anno habita.[1]) Statim autem videmus fabulam ante a. 330 doctam esse;[2]) Pythonice enim commemoratur, quam idem Timocles illusit in 'Icariis' (II 459. 458 K). Quae ab Harpalo a. 330 Athenis Babylona advecta paulo post obiit.[3]) Fuit igitur Gnathaena quoque ante a. 330; unde duae res efficiuntur: Prima haec, quod sumendum est Diphilum amatorem Gnathaenae non posse post a. fere 340 natum esse. Nam etiamsi fingimus aliquanto post a. 330 Diphilum in meretricis amorem incidisse, nemo facile eum permultis annis puellula sua iuniorem finget; ceterum hoc facillime liceret sumere, a. fere 330 Gnathaenam fuisse plus 20 annos natam. Secunda haec, quod ante a. 335 'Orestautoclides' non potuit scribi. Si enim fingimus Diphilum, quem etiam post a. 289 fuisse constat, hoc ipso anno fuisse 60 annos natum (neque hoc veri simile; primo oculorum obtutu veri similius videtur iuniorem eum fingere), fuit a. 319 annorum 30. Gnathaenam autem si a. 335, cum Timoclis 'Orestautoclides' scriberetur, 16 tantum annorum fuisse sumamus (quae nonne satis magna est concessio?), fuit a. 319 annorum 32, hoc est amatore natu maior. Quae amantium condicio vides quanto statim fiat incredibilior, si 'Orestautoclidem' supra a. 335 collocamus, vel Diphilum iuniorem, Gnathaenam natu maiorem fingimus. Ita igitur 'Orestautoclides' intra annos 335 et 330 collocatur, ut ibi quasi funibus utrimque attractis haereat fixa.[4])

De Gnathaena cum primum e ratione temporis testimonium hoc modo nobis praebuerit fabula Timoclea, e re est reliqua nonnulla vitae notabilia adicere, primum, ut videamus quam egregie omnia consentiant, deinde, ut infra hanc materiam ut notam possimus in nostrum usum convertere.[5]) Cap. I: a3

Lynceus ap. Athen. XIII 584 e in '*Ἀπομνημονεύμασιν*' commemorat Gnathaenam cum Chaerephonte famoso parasito potantem. De quo cf. Wellmann, 'Pauly-Wiss.' III 2029 et Athen. VI 243 sq. Ibi quae narrantur permulta sine dubio spectant ad eadem tempora, i. e. annum fere 330. Haec eligo: Callimachus (Athen. VI 244 a) *ἐν τῷ παντοδαπῶν πίνακι* tradit '*Λεῖπνον*' Chaerephontem a se conscriptum Cyrebioni dedicasse. *Κυρηβίων δ' ἐπεκαλεῖτο* (Ath. VI 242 d) *Ἐπικράτης ὁ Αἰσχίνου τοῦ ῥήτορος κηδεστής, ὥς φησι*

---

[1]) Blass, 'Att. Ber.' III B² p. 195.

[2]) Rationem quam in hac quaestione secutus sum habes indicatam apud Hueffnerum l. c. p. 10, ab omnibus viris dd. adhuc comprobatam.

[3]) Niese l. c. I p. 155. 156¹; Beloch, 'Griech. Gesch.' III A p. 430. 14.

[4]) Quae res infra (Cap. II) etiam magis fulcietur.

[5]) Vide tabulam chronologicam p. 28/29.

Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τῆς παραπρεσβείας.[1]) Quae oratio habita est a. 343. Iam constat quibus fere temporibus floruerit Chaerephon. Lynceus autem postquam Chaerephontem (Ath. VI 245 f) illusum a Corydo tradidit parasito, ita pergit: *καθ' ὃν δὲ καιρὸν Δημοσθένης παρ' Ἁρπάλου τὴν κύλικα εἴλήφει 'οὗτος', ἔφη* (scil. *ὁ Κόρυδος*), *'τοὺς ἄλλους ἀκρατοκώθωνας καλῶν αὐτὸς τὴν μεγάλην ἔσπακεν'*. Quae cum spectent ad a. 324/3, inde quoque aetas Chaerephontis et Corydi apparet.[2]) Continuum enim neque contractum videtur Lyncei de Corydo caput quale Athenaeus praebet. Neque multo post videtur Diphilus amore facetae et ingeniosae mulierculae incensus esse, cf. Lync. ap. Ath. 583 f. Nam cum a. 316 Gnathaena certe fuerit plus annos 30 nata, postea haud facile quisquam Diphili erga Gnathaenam amores coepisse animo cogitaverit. Porro cum post Menandrum primas in theatro victorias reportaverit, uti infra demonstraturus sum, et post a. 289 fuerit, Gnathaenam autem facilius ante a. 350 quam multo post natam esse demonstraverimus, iam certum fere est amatam amatore fuisse superiorem natu. Hoc tamen intelleximus, Diphilum ante a. 340 natum esse. Accedit quod Diphilum fabulas docere coepisse eisdem fere ac Menandrum temporibus (i. e. a. fere 323) infra ex fragmentis eius apparebit. Egregie autem illud quoque cum omnibus congruit, quod apud Machonem (Ath. VI 243 e f) Chaerephon a Diphilo vellicatur. Postea aliis quoque cum mulierculis magnum Diphilo fuisse usum, velut cum Myrrhina, Demetrii Poliorcetae amata, licet concludere ex Alciphr. ep. I 37.[3]) Postea Gnathaena secum habuit *Γναθαίνιον τὴν ἑαυτῆς θυγατριδῆν*,[4]) una cum ea negotium gerens, nam

---

[1]) Dem. XIX 287 *ὁ δὲ (Αἰσχίνης) .. καὶ περὶ πορνείας ἔλεγ', ὦ γῆ καὶ θεοί, δυοῖν μὲν κηδεσταῖν παρεστηκότοιν, οὓς ἰδόντες ἂν ὑμεῖς ἀνακράγοιτε, Νικίου τε .. καὶ τοῦ καταράτου Κυρηβίωνος, .. ὃς ἐν ταῖς πομπαῖς ἄνευ τοῦ προσώπου κωμάζει.*

[2]) Postea quoque frequens Chaerephontis memoria. Menander eum depingit in fabula 'Orge' inscripta haud post a. 316/5 docta (cf. p. 19[3]) iamdudum famosum; item Apollodorus in "*Ἱερείᾳ*' apud Ath. VI 243 d, quam rectissime Krause (cf. Jacoby, 'Ws. f. kl. Ph.' 1903 p. 1089) cum Suida (i. e. Hesychio) tribuit Geloo Apoll., nescio quibus causis adductus; libri enim altera pars ad me non pervenit.

[3]) cf. de fide, quae Alciphroni in talibus rebus habenda sit, Jacobs l. c. p. 500[1]: 'aus den Briefen des Alk., die sich immer in solchen Fällen auf historische Umstände gründen.' p. 484. 526. Item Schepers, ed. Alc. Groning. 1901 p. VII et Cobet ibid. p. XIX. Quamquam de singulis rebus consentaneum est nil certi e fictis sophistae epistulis effici posse. Gnathaenae autem pulchritudinis et ingenii famam magis magisque increvisse docent ea, quae Alc. II 1, 2 Lamiam facit Demetrio de se ipsa scribentem: *σοὶ Γνάθαιναν τὴν ἑταίραν συγκρίνει (Δημήτριος)*;

[4]) Ath. 583 e; cf. Jacobs p. 542.

νόμον συσσιτικὸν συνέγραψεν, καθ' ὃν δεῖ τοὺς ἐραστὰς ὡς αὐτὴν καὶ τὴν θυγατέρα εἰσιέναι . . ἀνέγραψε δ' αὐτὸν Καλλίμαχος ἐν τῷ τρίτῳ πίνακι τῶν Νόμων κτλ. (Ath. XIII 585 b). Quibuscum optime conveniunt, quae Machon narrat ap. Athen. XIII 581 sq. Si autem vera sunt, quae tradit de Andronico histrione 581 c sq.,[1]) vix recte Kirchner apud 'Pauly-Wiss.' s. v. Andron. scribit: Tragischer Schauspieler zu Athen, Lehrer des Demosthenes . . . Athen. XIII 581 c—e; vgl. 584 d. Vit. X orat. Dem. 17. Phot. bibl. 493 b 4 Bekk. Nam etiamsi haec fingimus, quorum singula minime veri similia sunt, a. fere 350, quod tempus spectat Ps.-Plutarchi et Photii narratiuncula a Kirchnero citata,[2]) Demosthenem 34 annos natum assumpsisse praeceptorem ipso iuniorem annorum ex. gr. 30, clarissimum nihilominus histrionem, haud facile eundem Andronicum 60 annos natum a. fere 320 Gnathaenion amasse et puerum genuisse sumimus. Attamen aliquanto etiam seriora tempora, vel annum fere 300, spectare totam Machonis narrationem mihi quidem certum est.[3]) Idem iam breviter significavit Schäfer ad Andronicum Demosthenis praeceptorem annotans,[4]) alium esse tragoedum quem laudet Athen. XIII 584 d 581 c. Quam notam non legisse videtur Kirchner. Ergo si omnino talia digna sunt quae in P.-Wissowae lexicon recipiantur, aut duos articulos ex uno facere oportet aut res quam sit veri dissimilis annotare.

Iam aliquando ab amata ad amatorem revertamur et videamus, quae praeterea de aetate Diphili ex inscriptionibus et fabularum fragmentis enucleari possint. Ac primum quidem in catalogo poetarum C. J. A. II 977 g (Dittenb. 'Syll.' 723), qui poetas enumerat e ratione temporis, quo primam quisque victoriam lenaicam reportavit, tertius est Diphilus a Menandro. Quo ex catalogo quae ratiocinando possint effici de singulorum poetarum primis victoriis sagacissime docuit Capps.[5]) Quem secutus Krause[6]) eruit 'unicuique catalogi poetae tribuendos esse annos fere duos et tertii quintam partem'. Menandri autem primam victoriam lenaicam haud post Cap. I: b

---

[1]) cf. imprimis: . . *Ἀνδρόνικον . . τὸν ὑποκριτήν· . . ἐξ οὗ γεγονὸς ἦν ἄρρεν αὐτῇ* (*αὐτῷ* codd. editt. omnes sine sensu) *παιδίον, | οὐχ ὑπομένουσαν τὴν Γναθαίνιον λαβεῖν | μίσθωμα.*

[2]) Sed rectius supra progrediaris; cf. Thalheim 'Pauly-Wiss.' V 171: in diese Zeit (scil. ca. 363) fallen auch sehr wahrscheinlich die von Plut. Dem. 6 ff. und vit. X or. 844 DE beschriebenen Übungen.

[3]) cf. imprimis 581 c *καταλελυκνίας τῆς Γναθαινίου σχεδὸν οὐκέτι θ' ἑταιρεῖν ὑπομενούσης*, et 582 a.

[4]) 'Demosth. u. s. Z.'[2] I p. 336[3].

[5]) cf. imprimis l. c. XXI p. 38/9. 51. 55/6. 59.

[6]) l. c. p. 32.

a. 321 fuisse cum compluribus de causis fere certum sit,[1]) ad quas nunc accedit, quod viri dd. putant Menandrum uno vel duobus annis prius quam adhuc creditum est fabulas docere coepisse,[2]) primae Diphili victoriae lenaicae annum lucramur fere 316.[3]) Praeterea aliquid concludere licet ex Anonymo *περὶ κωμ.* (II. Kaib.), in cuius laude omnes viri dd. consentientes[4]) persuasum habent eum poetas enumerare e ratione chronologica.[5]) Atque Capps Marmoris Parii, inscriptionis 977 g, Anonymi testimonia sagacissime conectens atque concilians hoc conclusit: the ancient authorities, who place Philemon before Menander (idem facit Anon.), take into account only the events of the City Dionysia.[6]) Quae si vera sunt, cum Anon. Diphilum post Menandrum collocet, efficitur, ut post a. 316/5, quo primum Menander *ἐν ἄστει* palmam tulit,[7]) Diphilus eundem honorem adeptus sit.

Nihilominus hoc dicere licet, Diphilum primas fabulas condidisse eisdem fere ac Menandrum temporibus. Quod iam vidimus admodum veri simile esse, cum de Gnathaena disseruimus. Egregie autem omnia confirmabuntur, si fabulas Diphileas inspiciemus. Quarum omnium quae una atque sola temporis indicium continet, eam ipsam nonne mirum est eadem tempora, i. e. annos 321—316/15, spectare? '*Ἐναγίζοντας*' dico. Hac enim in fabula (Athen. IV 165 f = II 552 K) illuditur Ctesippus Chabriae filius, qui *εἰς τοσοῦτον ἦλθεν ἀσωτίας, ὡς καὶ τοῦ μνήματος*

---

[1]) cf. Capps l. c. XXI p. 56 'the victory of Menander, which can scarcely have been later than 321'; p. 60' . ., because it is unlikely that the first Lenaean victory of Philemon was gained more than six or seven years after his first City victory in 327' (Philemon enim sequitur Menandrum in catalogo).

[2]) cf. Legrand, l. c. p. 357 'c'est au plus tard en Posidéon 324/3, que fut représenté, à Aixoné, l'Heautontimorumenos.' De Menandri mortis tempore nunc audiendus est Beloch, 'Griech. Gesch.' III A p. 513 et B p. 32 sq., qui docet Menandrum mortuum esse a. 291/90 archonte Philippo, 52 annos natum.

[3]) De Calliade, qui tertius est a Diphilo, ita ut secundem eandem ratiocinationem annus fere 309 in eum cadat, cf. Capps 'Arch.' IV p. 84 'Kalliades won his first Lenaean victory between ca. 315 and 305.' Philippidem, qui Diphilum sequitur in catalogo, idem ibid. recte dicit annis 314—284 Athenis floruisse, cf. Susemihl 'Al. Litt.' I p. 262; Wilamowitz 'philol. Unters.' IV p. 256.

[4]) cf. Mein. 'hist. cr.' p. 271. Capps l. c. XXI p. 57. Wachsmuth 'Symb.' p. 147 [31. 32].

[5]) cf. Marx l. c. p. 26. Capps l. c. XX p. 396.

[6]) Magni interest conferre, quae dicit Legrand, qui Cappsii commentaria legisse non videtur, l. c. p. 357: les biographes (scil. de Ménandre) travaillaient en effet sur des documents didascaliques, où les concours de la ville étaient seuls enrégistrés.

[7]) cf. Marm. Par. ed. Jac., p. 22. 199. Miror quod Jacoby Cappsii doctrinam in suum usum non convertit.

τοῦ πατρός, εἰς ὃ οἱ Ἀθηναῖοι χιλίας ἀνάλωσαν δραχμάς, τοὺς λίθους πωλῆσαι εἰς τὰς ἡδυπαθείας. Fuit autem Ctesippus cum a. 354 Demosthenis Leptinea haberetur,[1]) paene octodecim annorum.[2]) ita ut ca. a. 320 fuerit quinquaginta fere annos natus. Eundem habes luxuriosissimum atque effeminatum hominem propter eandem rem misere vellicatum in Menandri 'Ira' ap. Ath. IV 166 a (= III 105 K), quam haud post a. 316/5 doctam esse constat.[3]) Fragmenta "*Εναγιζόντων*' Diphileae et "*Ὀργῆς*' Menandreae eodem tempore scripta esse quilibet in hac materia versatus concedet qui ea inter se comparaverit:

Δίφιλος ἐν τοῖς Ἐναγίζουσιν (fr. 38 K):
εἰ μὴ συνήθης Φαιδίμῳ γ' ἐτύγχανεν
ὁ Χαβρίου Κτήσιππος, εἰσηγησάμην
νόμον ἄν τιν' οὐκ ἄχρηστον, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ,
ὥστ' ἐπιτελεσθῆναί ποτ' αὐτῷ τοῦ πατρὸς
τὸ μνῆμα, κατ' ἐνιαυτὸν ἕνα . . . λίθον
ἁμαξιαῖον · καὶ σφόδρ' εὐτελὲς λέγω.

Μένανδρος ἐν Ὀργῇ (fr. 363 K):
καίτοι νέος ποτ' ἐγενόμην κἀγώ, γύναι,
ἀλλ' οὐκ ἐλούμην πεντάκις τῆς ἡμέρας
τότ' · ἀλλὰ νῦν. οὐδὲ χλανίδ' εἶχον · ἀλλὰ νῦν.
οὐδὲ μύρον εἶχον · ἀλλὰ νῦν. καὶ βάψομαι
καὶ παρατιλοῦμαι νὴ Δία, καὶ γενήσομαι
Κτήσιππος, οὐκ ἄνθρωπος, ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ ·
κᾆθ' ὡς ἐκεῖνος κατέδομαι καὶ τοὺς λίθους
ἁπαξάπαντας, οὐ γὰρ οὐ τὴν γῆν μόνην.

Atque apparet sicut alias eiusmodi irrisiones ita hanc potissimum ex eadem re infamiae plena exortam esse. Quid enim, si talia scripta esse a comicis putemus, cum Athenienses quod diu urbem ornaverat monumentum, idem a creditoribus Ctesippi venum datum viderent destrui? Illud quoque inde intellegimus, Timoclis 'Demosatyros' ap. Ath. IV 165 f (= II 452 K) in idem fere tempus cadere:

οὐδ' ὁ Χαβρίου Κτήσιππος ἔτι τρὶς κείρεται
ἐν ταῖς γυναιξὶ λαμπρός, οὐκ ἐν ἀνδράσιν.

Proxima fabula de cuius tempore aliquid constare videtur est 'Emporus'. Restituit enim Capps[4]) in inscriptione didascalica

---

[1]) cf. Thalheim, 'Pauly-Wiss.' V 173.

[2]) cf. Blass 'Att. Ber.' III A² p. 266. id. 'Fleckeis. Jb.' 1887 p. 717 sq.

[3]) cf. Capps l. c. XXI p. 60 sq. p. 61 'I think it more probable that the *Ὀργή* was produced in 315, than, with Wilhelm, in 321' (cf. Wilhelm 'Ath. Mitt.' XXII 1897 p. 200/1 et Kaibel ad Anon. *περὶ κωμ.* II 17[71]).

[4]) Arch.' IV p. 86.

ad Dionysia Magna pertinenti C.J.A. II 975 f (p. 400) veri simillimum hoc:

* * *

8 *ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ ΑΙΝΕΨΙΟΙΣ*

* * *

12 *ΔΙΦΙΛΟΣ ΕΜΠΙΟΡΩΙ*

Idem cum ibid. p. 89/90 statuerit res in hoc fragmento commemoratas ante a. 308—290 collocandas esse, hoc dicendum est Diphili 'Mercatorem' actam esse una cum Menandri "*Ἀνεψιοῖς*" ante a. 308—290, Magnis Dionysiis. Videtur etiam hac occasione data e re esse quae id. ib. de gente Diphili coniecerit annotare. Postquam Diodorum Sinopensem p. 83 novae comoediae poetis accensendum esse demonstravit, confert inscr. sepulcralem C.J.A. II 3343, ita ut Diphilus fuerit nepos Diodori, filius Dionis Sinopensium, frater Diodori novae ipsius quoque comoediae poetae.

Leviter tantum tangam '*Κληρουμένους*,' quae cohaeret cum Philemonis 'Mercatore'.[1]) Quam cum post Menandri 'Disexapatontem,' i. e. intra annos 315 et 307, doctam esse Dietze l. c. p. 15 demonstrasse sibi videatur, '*Κληρουμένους*' quoque eisdem temporibus assignandam esse conicias. At mihi quidem Dietzii rationes non certiores videntur quam Skutschii, cf. p. 12.

Multo accuratius iudicari potest de tempore quo '*Γάμος*' acta sit. Quae enim leguntur ap. Athen. VI 254 e (= II 547 K), ea egregie in id tempus convenire, quo Demetrium Poliorcetem quasi deum Atheniensibus venerantibus Stratocles atque alii eius florebant in urbe adulatores impudentissimi, neminem confido infitiaturum, qui quales tum fuerint Athenienses secum recogitaverit.[2]) Idem illud iam Meineke videtur putasse, id quod concludas ex iis quae 'hist cr.' p. 437 Diphili fragmento praecedunt. Neque aliud inde efficitur, quod Athenaeus Diphili aliorumque locos affert, postquam qualis fuerit quaeque fecerit Athenis Demetrius fusius enarravit. Admodum igitur videtur esse veri simile, '*Γάμον*' doctam esse haud ita multo post a. 307.

'*Αἰρησιτείχης*' post quem terminum scripta sit veri simillimum indicium ipse praebet titulus. Tale enim appellativum post Cypri vel Rhodi demum famosissimas annis 306—5/4 oppugnationes[3]) apud comicos exstitisse fere pro certo licet statuere,[4]) quod illo

---

[1]) cf. Leo 'Plaut. Forsch.' 148[1].

[2]) cf. Wachsmuth 'D. St. Athen' I p. 612 sq. Kock III 308 ad Philipp. fr. 25. Wilamowitz 'philol. Unters.' IV 1881 p. 187. Niese I p. 315 sq.

[3]) cf. Niese I p. 318/9. 326 sq.

[4]) cf. 'Pyrgopolinicen' Militis Glor. Plautinae, cuius exemplar Hueffner l. c. p. 29 putat doctum esse a. 287.

tempore ingentes illae machinae oppugnatoriae primum adhibitae sunt, et Demetrii cognomen *Πολιορκητής* in usu esse coepit.

'*Εὔνοῦχος ἢ Στρατιώτης*,' cum sit *διασκευὴ τοῦ Αἱρησιτείχους*,[1]) aliquanto post a. 305/4 scripta sit necesse est.

'Rudentis' Plautinae exemplar Hueffner l. c. p. 67 'admodum probabile arbitratur doctum esse intra annos 303 et 290.' Ubi imprimis terminus post quem scriptum sit fere pro certo videtur haberi posse.

Incertissimum denique, quod conicit Dietze l. c. p. 17, 'Thesaurum' Diphileam ad eandem fere aetatem pertinere, qua Philemonis '*Αἰτωλός*' et 'Thesaurus' doctae sint. Talia qui probat necesse est fabulam post Menandri mortem circiter a. 270[2]) doctam esse arbitretur.

Iam e fabulis quoque Diphileis apparuit futuro comicorum editori Diphilum post Menandrum esse ponendum; saepius etiam constat ob eo Menandrum singulis sententiis imitatione esse expressum.[3])

Placet autem in fine huius capitis ea tantum, ne longi simus, paucis comprehendere, quae de aetate Diphili eruisse nobis videmur. Diphilus natus est ante a. 340. Aetate aut par Menandro aut paulo maior natu[4]) iisdem fere temporibus atque ille fabulas docere coepit; primas in certaminibus poetarum palmas post eum rettulit. Gnathaenam perdite amavit, quae[5]) aetate eum superabat. Fuit poeta Sinopensis, cum haud multo post a. 289 'Phasma' Philemonis ageretur, annorum minimum fere 55.[6]) Quam longe ultra hoc tempus vitam extenderit ignoramus.

---

[1]) Athen. XI 496f.

[2]) cf. Dietze p. 17. 19.

[3]) Nil valent loci gemelli, quos annotat Kock (Diph. fr. 94 : Men. Monost. 665; 109 : 57; 110 : 65; 115 : 94; 124 : Men. fr. 67,4); sed hos ipse inveni : Diph. fr. 106 : Ter. Heaut. 25 (et Men. Monost. 1); Diph. fr. 117 : Men. fr. 677.

[4]) Respicias velim Gnathaenae aetatem. Neque hoc veri simile est Diphilum, qui eisdem fere temporibus atque Menander fabulas docere coepit, tam adolescentem tum fuisse, quam Menandrum satis memorabile est.

[5]) nisi ante a. 350 Diphilum natum esse fingimus.

[6]) Recte igitur coniecit Dietze de tempore, quo 'Phasma Philemonis docta est, haec proferens p. 12: 'Optime enim Diphili solius praeter ipsius nomen commemoratio in id tempus convenit, quo . . . Philemo Diphilusque amicitia arte coniuncti soli novae comoediae principes erant. Quorum uterque tum quamvis grandis natu . . .' Quibus miror repugnare quae idem p. 13[1] dicit de 'Rudentis' Plautinae exemplaris tempore. Item recte Hueffner p. 67: 'vix statuere licet etiam tum (scil. Hieronis temporibus, i. e. inde ab a. 269) Diphilum fuisse'.

CAPUT II.

SYMBOLAE VARIAE MAXIME CHRONOLOGICAE.

Cap. II: a Athenaeus XIII 558 a iucundissimum servavit fragmentum 'Neottidis' Anaxileae (II 270 K), quod propono illis tamen versibus quibus non indigemus omissis:

(Kaibel:) *Ἀναξίλας δὲ ἐν Νεοττίδι φησίν·*

1 *ὅστις ἀνθρώπων ἑταίραν ἠγάπησε πώποτε,*
οὐ γένος τίς ἂν δύναιτο παρανομώτατον φράσαι;
τίς γὰρ ἢ δράκαιν' ἄμικτος ἢ Χίμαιρα πυρπνόος

* * *

6 *εἰς ὑπερβολὴν ἀφῖκται τοῦ καταπτύστου γένους;*
οὐκ ἔνεσθ' · αὗται δ' ἁπάντων ὑπερέχουσι τῶν κακῶν.
ἔστι δὲ σκοπεῖν ἀπ' ἀρχῆς πρῶτα μὲν τὴν Πλαγγόνα,
ἥτις ὥσπερ ἡ Χίμαιρα πυροπολεῖ τοὺς βαρβάρους.
10 *εἷς μόνος δ' ἱππεύς τις αὐτῆς τὸν βίον παρείλετο·*
πάντα τὰ σκεύη γὰρ ἕλκων ᾤχετ' ἐκ τῆς οἰκίας.
οἱ Σινώπῃ δ' αὖ συνόντες οὐχ Ὕδρᾳ σύνεισι νῦν;
γραῦς μὲν αὐτή · παραπέφυκε δ' ἡ Γνάθαινα πλησίον,
ὥστ' ἀπαλλαγεῖσι ταύτης ἔστι διπλασίον κακόν.
15 *ἡ δὲ Νάννιον τί νυνὶ διαφέρειν Σκύλλης δοκεῖ;*
οὐ δύ' ἀποπνίξασ' ἑταίρους τὸν τρίτον θηρεύεται
ἔτι λαβεῖν; ἀλλ' ἐξέπεσεν ἡ πορθμὶς ἐλατίνῳ πλάτῃ.
ἡ δὲ Φρύνη τὴν Χάρυβδιν οὐχὶ πόρρω που ποιεῖ
τόν τε ναύκληρον λαβοῦσα καταπέπωκ' αὐτῷ σκάφει.
20 *ἡ Θεανὼ δ' οὐχὶ Σειρήν ἐστιν ἀποτετιλμένη;*
βλέμμα καὶ φωνὴ γυναικός, τὰ σκέλη δὲ κοψίχου.

* * *

Hoc fragmento celeberrimas *ἑταίρας*, quae tum cum fabula agebatur in urbe florebant, ad veritatem depingi quivis videt. Ecce autem habes una eadem nomina, quae in Timoclis 'Orestautoclide' occurrebant: Nannion, Plangona, Gnathaenam, Phrynen.

Iam ecquis dubitat quin eaedem intellegendae sint mulieres? Si vero unum versiculum 13. respicis, secundum ea quae de Gnathaenae aetate et 'Orestautoclidis' Timocleae tempore statuimus, statim apparet ipsam quoque 'Neottidem' Anaxileam intra annos 335 et 330 collocandam esse. Nam vide: Primo oculurum obtutu apparet ipsam Sinopen *τὴν σορὸν* opponi Gnathaenae adulescentulae[1]) ('alt zwar ist sie; aber Gn. wächst ihr jetzt zunächst empor' Jac. l. c. p. 324), quae *καλή τε καὶ τέρεινα* illi aetate satis provectae succedens negotium perdat. Sinope autem est notissima illa quasi avia meretricum Atheniensium et negotii institutrix *ἡ ἐξ Αἰγίνης Ἀθήναζε μετενεγκαμένη τὴν πορνείαν* (Athen. XIII 595 a), quam a. 356 ab Androtione iniuria spoliatam[2]) esse novimus ex Demosthenis oratione XXII 56[3]), cf. Athen. 585 f 586. Si autem viginti fere annis post a. fere 335 ab Anaxila eam aetate satis provectam videmus depictam, nonne iam omnia optime congruunt? Iam dixerit quispiam nostrum esse, accuratius quaerere quomodo reliqua quae in hoc fragmento legantur cum omnibus congruant. Itaque hanc quoque operam suscipimus et libenter quidem, quamvis per se ea quae protulimus stabilita esse persuasum habeamus: pretium enim erit operae.

De aetate ipsius Anaxilae cf. Mein. 'hist. cr.' p. 407/8. Kaibel 'Pauly-Wiss.' s. v.: Euandriam fabulam docuit a. fere 342. Neottis autem fuit nomen meretricis, eodemque titulo fabulas inscriptas docuere mediae comoediae poetae Eubulus et Antiphanes. Hunc fabulam scripsisse ca. a. 342 Meineke demonstrat 'hist. cr.' p. 329.

Ac primum quidem in fragmento Plango commemoratur miserum in modum barbaros advenas despolians. De qua cf. Mein. 'hist. cr.' p. 366.[4]) Amica autem introducitur Plango quae-

---

[1]) cf. Bothe p. 502.

[2]) *Σινώπην προσηνεχύραζε καὶ Φανοστράτην ἀνθρώπους πόρνας, οὐ μέντοι ὀφειλούσας εἰσφοράς.* cf. Dem. Timocr. (XXIV) 197; ad sensum Ch. R. Kennedy, apud W. Wayte, ad 'Demosth. against Andr. and ag. Tim.,' 1882: 'he distrained upon S. and Ph.'

[3]) Androtionea habita est uno anno post, i. e. 355, cf. Thalheim 'Pauly-Wiss.' V 173. Blass 'Att. Ber.' III A² p. 258 et Schwartz 'Pauly-W.' I 2173/4 orationem Androt. collocant in a. 354/3.

[4]) Aperte errat vir egregius, cum putat eandem Plangona commemorari a Demosthene in orationibus c. Boeotum. Mantias enim maritus huius Pl. mortuus est a. fere 356 (Kirchner, 'Pauly-Wiss.' III 665, 6); Schäfer 'Demosth. u. s. Z.' 1858¹ III, II, p. 212. 214 sq.) Filii erant Boeotus-Mantitheus et Pamphilus eo tempore quo orationes habebantur (350, 347) dudum adulti et Mantitheum, quippe qui prima Mantiae uxore Plangone nati essent, aetate superantes. Floruit igitur mater haud post a. 380 (cf. Kirchner 'Prosop. Att.' II 9675).

dam meretrix apud Athen. XIII 594 b c Bacchidis. Huius autem accuratius licet aetatem determinare. Floruit enim, si hoc verbo uti licet, annis fere 340—330. Clare hoc evincitur ex Theopompi epistola ad Alexandrum scripta ap. Athen. XIII 595 a sq.; ubi Bacchidis serva memoratur Phythonice, quae usque ad a. 330 Athenis versabatur. Itaque Plangonem quoque illam recte attribuemus eidem decennio.

Porro versu 15. Nannion ante oculos ponitur. Eandem invenimus apud Amphidem mediae comoediae poetam,[1]) quem eodem illo decennio et antea floruisse constat,[2]) in fabula 'Curis' inscripta (Athen. XIII 567 f; 591 d = II 242 K) commemoratam una cum Sinopa et Phryna.[3])

Deinde versu 18. fragmenti habes Phrynen. Quam cum Kaibel dicat[4]) floruisse secundo dimidio quarti saeculi, optime omnia congruunt.[5])

Cap. II: b Iam intelleximus opinor diligenter anquirentes omnia ne posse quidem melius congruere. Theano autem quae sola superest, eadem apte optimeque nos traducit ad aliud fragmentum, de quo disserere in animo est, venustissimum dico 'Halieuomenes'

---

[1]) Athenaeus quoque dicit XIII 567 f: '*Τούτων τῶν ἑταιρῶν* (scil. earum quas Timoclis 'Orestautoclides' praebet, Sinopae, Nannii) *καὶ Ἄμφις μνημονεύει ἐν Κουρίδι.*

[2]) Kaibel 'Pauly-Wiss.' I 1953.

[3]) Aliquanto minor neptis huius Nannii est Nannion sive Nannarion, cf. Antiph. ap. Ath. XIII 587 b *ἦν δὲ* (scil. *ἡ Νάννιον*) *Κορώνης τῆς Ναννίου θυγάτηρ, τὸ τῆς τήθης ἀναφέρουσα ἐκ τριπορνείας ὄνομα.* Quo loco cum *Τήθη* scripserint editores omnes (cf. etiam Kaib. Ath. Ind. p. 745), omnino non intellexerunt sententiam. Nam ita fere vertendum est: '. ., welche infolge ihrer Käuflichkeit im dritten Gliede den Namen ihrer Großmutter von neuem wieder in Schwung brachte.' Minime enim *ἀναφέρειν* potest significare 'nomen habere'; cf. etiam quae Theopompus dicit de Pythonica ap. Ath. XIII 595 a b (*τρίδουλον — τρίπορνον*). Minorem natu Nannion saepius commemorat Menander: in 'Colace' ap. Ath. XIII 587 d (fr. 295 K). (De Colace Menandri cf. Bethe 'Herm. 1902, qui p. 279 aliis argumentis nisus docet Menandrum fabulam scripsisse post a. 296, unde vides quam egregie omnia congruant.) Porro in 'Pseudohercule' ap. Ath. XIII 587 b (fr. 524 K). Alexis utramque propter aetatis amplitudinem potuit commemorare; sed 'Tarantinos' (Ath. XIII 587 b = II 379 K) mediae comoediae accensendam esse reliquorum docet fragmentorum natura atque indoles.

[4]) 'Pauly-Wiss.' s. v. Amphis 2).

[5]) Haud ita recte Meineke hist. cr.' p. 403/4 de Amphide dicit haec: 'Idem cum Phrynen commemoret apud Athenaeum XIII p. 591 d, vitam minimum ad Olymp. CXII (332—29) produxit.' Ex omnibus enim quae demonstravimus, apparet non posse contendi Phrynen non ante a. 332 fuisse. Fugit autem virum egregium, accuratiora omnino non posse concludi ex aetate Phrynes, cum duas fuisse Phrynas nos doceat auctor satis idoneus Apollodorus discipulus Aristarchi ap. Athen. XIII 591 c.

Antiphaneae ap. Ath. VIII 338 e (= II 20 K). Quod exscriberem, si vel aliquid putarem solis fabulae verbis sine editorum interpretationibus posse profici. Habes igitur hic (v. 24.) *Θεανὼ τὴν ἑταίραν*, sicut Anax. Neott. v. 21., vellicatam propter nimis gracilem staturam:

ἀφύας δὲ λεπτὰς τάσδε καὶ τὴν τρυγόνα
χωρὶς Θεανοῖ δεῦρ' ἔθηκα[1] *ἀντιρρόπους.*

Quae quamvis sit prorsus obscura atque ignota prae reliquis quas commemoravimus famosissimis mulierculis, tamen propter irrisionis similitudinem eandem atque in 'Neottide' Anaxilea intellegendam esse quivis videt. Sinopen quoque iterum habes v. 12. Scriptam autem esse Halieuomenen fabulam ipsam quoque ante a. 330 clare evincitur versu 20. sq., ubi Pythonice illuditur Athenis Chaerephili salsamentarii filios captos tenens amore.[2]) Meineke autem recte docet 'hist. cr.' p. 333: 'quae commemorantur meretrices Sinope Theano et Pythionice, indicio sunt hanc fabulam ca. Olymp. CX (340—37) in scenam esse commissam.' Etiam accuratius equidem velim tempus definire. Vv. enim 14.—17. Misgolam Antiphanes perstringit '*ὡς ἐσπουδακότα περὶ κιθαρῳδοὺς καὶ κιθαριστὰς ὡραίους*' Ath. VIII 339 b. Quem novimus sicut Autoclidem illum ex Aisch. *κατὰ Τιμ.* 41, cf. p. 14/15. Jam ipsius Meinekii rationem, quam de eadem Misgolae irrisione adhibet in Alexidis 'Agonide,' sequi velim; docet enim 'hist. cr.' p. 386/7, 'Agonida' doctam esse circ. Ol. CIX (443/40); item Kaibel de 'Agonidis' tempore ('Pauly-Wiss.' s. v. Alexis) dicit: 'etwa 345..: Misgolas' Neigung für schöne Kitharöden wird erst durch jene Rede öffentliches Interesse bekommen haben.' Itaque 'Halieuomenen' quoque Antiphaneam paulo post a. 345 doctam esse iam admodum veri simile videtur.

Quae omnia egregie confirmabuntur, si 'Icarorum' Timoclis tempora definiverimus. Cuius fabulae tempus cum probabili coniectura determinasse sibi videatur Wilamowitz 'ind. Gott.' p. 24., paulo fusius tractanda est. Hac quoque in fabula ap. Ath. VIII 339 de (II 459. 458 K) aequalibus depingitur Pythonice Athenis *ταρίχους εὐπόρως ἔχουσα καὶ σαπέρδαις δυσὶ συνοῦσα,* id quod spectat ad Chaerephili salsamentarii filios. Statim igitur concidunt atque collabuntur coniecturae nimis artificiose a viro praeclarissimo excogitatae, qui ex Athenaeo IX 407 f (II 459 K) conclusit 'Icarios' doctam esse annis 330—27, cum hand inepte Cap. II: c

[1]) sic scribendum, cf. vv. 9. 20.

[2]) cf. etiam Mein. FCG III p. 14/15, et Kirchner 'Pauly-Wiss.' s. v. Chaerephilos; 'Prosop. Att.' II 11555: Pamphilus filius Chaerephili *ἐλειτούργησε* ca. a. 350.

illorum annorum famis vestigia in fragmento suo detexisse sibi videretur: at tum Pythonice Athenis omnino non iam fuit. Quin etiam accuratius licet tempus quo 'Icarii' scripta sit determinare. Ac primum quidem eodem fere tempore atque Antiphanis 'Halieuomenen' 'Icarios' doctam esse cum in universum concludere licet e toto illo Athenaei loco VIII 339, tum e pari illa irrisione Pythonices et Chaerephili filiorum intellegitur. 'Halieuomenen' autem paulo prius doctam esse haud scio an concludere liceat e verbis Athenaei *πρὸ τούτων δ' ἦν ἐραστὴς αὐτῆς Κώβιός τις ὄνομα* (cf. frgm. Halieuom. v. 19.), quae 'Icariorum' fragmento adicit; quamquam ea fortasse ipse conclusit e Halieuom. v. 19. Itaque haec omnia si recte se habent, 'Icarii' quoque sicut 'Halieuomene' haud ita multo post a. 345 est collocanda. Jam vero omnia quae disseruimus luculentissime fulciuntur novo 'Icariorum' fragmento, quod *Χαλκέντερος* ille nuperrime nobis suppeditavit: Didym. ad Demosth. X 70[1]) (col. 9, 38 sq.): *Δύο' Ἰριστομήδεις εἰσίν . . . ἕτερος δὲ ὃν νῦν ὁ Δημ. διέξεισιν, 'Αθηναῖος, ὁ Χαλκοῦς λεγόμενος, περὶ οὗ . . . Δείναρχος . . . καὶ οἱ κωμικοὶ δ'αὐτοῦ μνημονεύουσι, καθάπερ Φιλήμων μὲν ἐν Λιθογλύφῳ·*

'πρὸς τῷ μυροπώλῳ γὰρ ἀνθρώπων τινῶν
ἤκουσα Χαλκοῦν περιπατεῖν κλέπτην τινά·
ἄπειρος ὢν δὲ τοῦ λεγομένου πράγματος
'Αριστομήδην ἠρόμην παριόνθ' ὁρῶν.
ὁ δ' ἐνήλατ' εὐθύς μοι παραστὰς τῷ σκέλει
παίει τε λὰξ πύξ, ὥστε μ' ἐκθανεῖν· ἐπεὶ
μόλις γε φεύγων ἐξέπεσον ἄλλῃ (?) λάθρα.'

Τιμοκλῆς δ'ἐν Ἥρωσιν·

'Ἑρμῆς δ'ὁ Μαίας ταῦτα συνδιακτορεῖ
ἂν ᾖ πρόθυμος. καταβέβηκεν ἄσμενος
χαριζόμενος γ' [ἀρ][2]) *'Αριστομήδῃ τῷ καλῷ*
ἵνα μηκέτ' αὐτὸν ὁ Σάτυρος κλέπτην λέγῃ.'

καὶ ἐν 'Ἰκαρίοις·

'Μαρσύαν δὲ τὸν φίλαυλον Αὐτοκλέα δεδαρμένον
γυμνὸν ἑστάναι καμίνῳ προσπεπατταλευμένον
Τηρέα τ' 'Αριστομήδην. — Διὰ τί Τηρέα λέγεις; —
Διότι τηρεῖν δεῖ παρόντος τοῦδε τὰ σκεύη σφόδρα.
εἰ δὲ μή, Πρόκνη γενήσῃ, κνώμενος τὸ κρανίον,
ἂν ἀπολέσῃς. — Ψυχρόν. — 'Αλλὰ πρὸς θεῶν ἐπίσχετε
μηδὲ συρίξητε.

Κλέπτης igitur his tribus fragmentis illuditur Aristomedes, *οὗ παρόντος σφόδρα τηρεῖν δεῖ τὰ σκεύη*, sicut ipse dicit Demo-

[1]) ed. Diels-Schubart 1904, Weidm. et Teubn.
[2]) seclusi; e dittographia ortum.

sthenes X 73 *σοὶ μὲν γὰρ ἦν κλέπτης ὁ πατήρ, εἴπερ ἦν ὅμοιός σοι.* Fuit Aristomedes trierarchus a 356/5; cf. de eo Kirchner 'Prosop. Att.' I 2013 ('Pauly-Wiss.' I 946) et Diels-Schubart ad Didym. col. 9, 53 ed. Berol. Tales autem irrisiones ad furtum quoddam vel fraudem infamia insignem, itaque ad idem quoque tempus spectare apparet. Haec autem orationis Dem. X. pars, *λοιδορία* scilicet Aristomedis, quin ipsi Demostheni vindicanda sit ne minima quidem apud viros dd. est dubitatio, cf. Blaß 'Att. Ber.' III A² p. 390. 390⁴. Idem Blass p. 391 putat hanc *λοιδορίαν* Demosthenem scripsisse paulo ante quam orationem VIII (*περὶ τῶν ἐν Χερρ.*) composuerit, i. e. paulo ante a. 341. Hac igitur ratione nunc ab altera parte Timoclis "*Ἰκάριοι*", sicut "*Ἥρωες*" et Philemonis '*Λιθογλύφος*', ca. a. 341 collocantur.[1]) Quid vero, quod tot indiciis permirum in modum inter se congruentibus hoc accedit, quod iterum alia ratione "*Ἥρωας*" a. fere 342 doctam esse evinci potest? Recte enim Kock II 457 statuit "*Ἥρωας*", cum ibi Demosthenes vellicetur (fr. 12, 6 K) '*μισῶν λόγους ἄνθρωπος, οὔτε πώποτε — ἀντίθετον εἰπὼν οὐδέν*', sicut Antiphanis '*Νεοττίδα*' (cf. fr. 169 K) doctam esse paulo post Demosthenis orationem *περὶ Ἁλοννήσου* habitam.[2]) Scilicet Demosthenes in illa oratione '*Φιλίππου Ἀθηναίοις Ἁλόννησον διδόντος συνεβούλευε μὴ λαμβάνειν εἰ δίδωσιν ἀλλὰ μὴ ἀποδίδωσιν*', Ath. VI 223 d e 224. Itaque hac quoque ratione "*Ἥρωες*" in a. fere 342 collocatur; quique omnia una memoria comprehenderit, iam non poterit dubitare quin Timoclis "*Ἰκάριοι*" et Philemonis '*Λιθογλύφος*' ipsae quoque a. fere 342, 'Halieuomene' autem Antiphanea paulo post a. 345 doctae sint.

---

[1]) Fuit igitur '*Λιθογλύφος*' in primis Philemonis fabulis, minimeque recte dicit Beloch 'Griech. Gesch.' III A p. 513, Philemonem primam fabulam docuisse a. fere 329.

[2]) i. e. paulo post a. 342, cf. Blass 'Att. Ber.' III B² p. 138/9.

TABULA CHRONOLOGICA

385 a. Chr. n. — Plaggon I (Demosth. XXXIX, XL)

355 — Sinope (Demosth. XXII 56)

Ktesippos Chabriae f. (18 annos n., Demosth. XX)

350 — Chairephilos

Andronikos I

345 — Alexis) II 298 K *Agonis* — Misgolas {Mein. 'hist. cr.' p. 387; Kaibel 'Pauly-Wiss.'}

Timokles) II 464 *Sappho* — Misgolas (Aisch. I 41) Autokleides (Aisch. I 52)

Kyrebion (Demosth. XIX 287)

Antiphanes) II 20 *Halieuomene* — Sinope (γόγγρος ἔχων παχείας ἀκάνθας) — Chairephili fil.: Pythonike — Misgolas — Theano Kallimedon Kobios (gracilis)

Timokles) II 458 *Ikarioi* — Chairephili fil.: Pythonike — Telemachos — Hypereides Kephisodoros

Aristomedes

342 — *Lethe* II 461 — Chairephili fil. — Telemachos

Heroes II 457, *Kaunioi* II 460 — ἀντίθετον Demosthenis — Aristomedes ὁ κλέπτης

Philemon) *Lithoglyphos* — Aristomedes (Demosth. X 70)

340

335

Anaxilas) *Neottis* II 270 — Sinope (σορός) — Bakchis, Plaggon II — Theano (gracilis) — Gnathaina (adulescentula) — Nannion I

Timokles) II 462 *Orestautokleides* — Phryne Plaggon II — Pythonike — Myrrhine I (Hyper.) — Gnathaina — Nannion I

Chrysis I

330 — Pythonike-Harpalos

325 — Korydos Chairephon

320 — Timokles) II 452 *Demosatyroi* — Kyrebion

Menander) *Orge* III 105 — Ktesippos Chabriae filius — Chairephon

Diphilos — Gnathainion (neptis) Androniko II

Diphilos) II 552 *Enagizontes* — Korone

Menander) III 78 *Kekryphalos* — Demetrios Phalereus: καινὸς νόμος (γυναικονόμοι)

315 — Timocles) II 465 *Philodikastes*

310

305 — Diphilos) II 547 *Gamos* — Demetrios Poliorketes Chrysis II Myrrhine II Lamia Stratokles (adulator)

300

295 — Menander) *Kolax* III 84 — Chrysis (= II?) Korone — Nann(ar)ion II

'Naviter agamus ut primitivae sinceraeque partes reiectis accessionibus et commentis pravis eruantur.'

Bernhardy.

CAPUT III.

DE POETARUM COMICORUM APUD SUIDAM BIOGRAPHICIS.

Historiae criticae comicorum Graecorum qui operam navat, ei iterum iterumque res est cum biographicis et fabularum titulis apud Suidam servatis. Atque de altera parte Suidae vitarum aliquatenus rectum nobis licet facere iudicium: scimus enim quae vitae Hesychii Onomatologo (i. e. eius epitomae medii fere saec. IX.) tribuendae sint, quibusque de causis; scimus etiam multis ex indiciis, memoriam in vitis Hesychianis traditam singularem et egregiam habere fidem atque e limpidissimis et vetustissimis fontibus, grammaticorum scilicet et bibliothecariorum veterum πίναξιν, esse derivatam, quamvis quibus ipse auctoribus usus sit Hesychius, si quisquam, unus videatur cognitum habere G. Wentzel, cuius fortasse his de rebus circumspecta et doctissima exspectanda erunt iudicia.[1]) De ratione autem atque indole earum comicorum vitarum, quae tabulas fabularum continent ex Athenaeo collectarum, omnino fere nihil constat nisi quod iamdudum animadvertit Did. Volkmann imprimis et optime de Suidae biographicis meritus 'Diss.' p. 35 sq.: 'quo fortuito ordine diversarum fabularum fragmenta Athenaeus commemoravit, eodem apud Suidam tituli enumerati sunt.' Qui post Volkmannum de his vitis scripserunt, Daub et Flach, cum Volkmannus Bernhardio oblocutus Suidae, non interpolatoribus istiusmodi articulos attribuisset, nil quaesiverunt nisi Hesychione an eius epitomatori an Suidae an interpolatoribus hi articuli essent tribuendi. Atque quam misere hac in quaestione solvenda elaboraverint non solum alius alii, sed etiam ipsis ipsi identidem oblocuti, satis intelleget, qui nonnulla eorum, quae protulerunt, inter se

[1]) Commentaria eius eruditissima qui non perlegit, de his quaestionibus iudicare non potest.

comparaverit; cf. Daub 'de S.' p. 413 (*Ὠφελίων*): 'Jahrb.' XXVII p. 264: 'Stud.' p. 143; Flach 'Rh. M.' XXXV p. 200. — Flach ibid. (de Athenaei citationibus): Daub 'de S.' p. 412 et 'Stud.' p. 142 extr.

Ultimus igitur de hac re optimo iure Flach ed. Hes. p. LIX. statuit, 'quaestionem difficillimam incohasse Daubium, non absolvisse.' Fortasse autem ipse Daub egregie de hac tota materia meritus viam nobis poterit monstrare. Cum enim 'Stud.' p. 139 ad v. *Ἐπίνικος καὶ αὐτὸς κωμικός* rectissime dicat 'diese Worte standen wohl in der Epitome des Hesychios,' et p. 138 sq. (cf. 'de S.' p. 482 sq.) inter Hesychii et Suidae articulos vel articulorum additamenta distingui velit, postremo tamen 'Stud.' p. 143 profert talia: 'den meisten dieser Artikel (velut s. v. *Ἐπίνικος Ὠφελίων* al.) ist das Citat aus Athenaeus beigegeben . . . Jene ganz einfache Beobachtung lehrt zur Genüge, daß wir hier lauter Citate, folglich auch lauter Artikel von Suidas' eigener Hand vor uns haben.' Haud bene. Statim enim apparet, id quod nemodum investigavit, diligentissime discernenda esse ipsa lemmata (velut *Ἐπίνικος καὶ αὐτὸς κωμικός*) a fabularum tabulis additis (velut *τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστιν . . . ὡς Ἀθήναιός φησιν ἐν Δειπνοσοφισταῖς*).

Apparet opinor rem retractandam esse funditus, et quidem multo firmiore et ampliore fundamento esse nitendum. Atque hoc contendo: quinam scripserit articulos vel additamenta, hanc quaestionem ab initio omnino non fuisse ponendam. Immo haec opinor certa erit ratio, ut ab initio ea quaeramus, quae scire ante omnia nostra interest:

primum, quae ratio intercedat inter sola articulorum lemmata et tabulas fabularum, quae lemma sequuntur, ex Athenaeo conflatas;

deinde, quaenam sit fides tabularum ex Athenaeo collectarum;[1]) item, possitne fortasse aliquid erui de ratione quae intercedat inter Suidae et Athenaei libros manusciptos.[2]) His quaestionibus absolutis fortasse aliquatenus de articulorum vel additamentorum auctoribus certa licebit ratione diiudicare, fortasse 'non liquet' respondendum erit. Persuasi autem mihi posse quaestionem non absolvi nisi omnibus comicorum glossis apud

---

[1]) Haud satis mirari possum semper fere Daubium de auctoribus additamentorum ex Athenaeo factorum disserentem ne cogitasse quidem de ipsorum codicum tradita memoria.

[2]) Quae tamen spes videtur pulchrior esse, quam ut possimus bonum eventum exspectare, cum ipse Kaibel vir sagacissimus et harum rerum ante omnes peritus nil enucleaverit (cf. 'Athenaeus und Suidas,' Herm. XXII 1887 p. 323 sq.) nisi hoc, Suidam integris quindecim Athenaei libris usum esse.

Suidam traditis (sunt autem 108, cf. Flach ed. Hes. p. 258)[1]) diligentissime excussis atque inter se comparatis.

Ac primum quidem ante omnia intellexi certa ratione omnes vitas in nonnullas classes distribuendas atque segregandas esse, quae distributio multis de causis hic mihi proponenda est:

I. Vitae Hesychianae originis (64).

(Ia. Vitae Hesychianae cum additamentis ex Athenaeo subiectis, 8).

II. Frustula genuinarum Hesychii vitarum (6).

III. Eae vitae, quarum dramatum tituli ex Athenaeo hausti sunt (34).

IV. Reliquae glossae (4).

Cap. III: I. Primo igitur loco eae vitae mihi enumerandae sunt, quas Hesychio deberi certum est. Quarum duo propono exempla:

Ἀντιφάνης Δημοφάνους, οἱ δὲ Στεφάνου καὶ μητρὸς Οἰνόης, Κιανός, ὡς δέ τινες Σμυρναῖος, κατὰ δὲ Διονύσιον Ῥόδιος, κωμικὸς τῆς μέσης κωμῳδίας, ἀπὸ δούλων, ὥς τινες. γέγονε δὲ κατὰ τὴν ϛγ' ὀλυμπιάδα, καὶ ἔγραψε κωμῳδίας τξε', οἱ δὲ σπ', νίκας δὲ εἵλε ιγ'. παῖδά τε ἔσχε Στέφανον, καὶ αὐτὸν κωμικόν. τελευτᾷ δὲ ἐν Κίῳ οδ' ἐτῶν ὑπάρχων, κατά τινα τύχην ἀπίῳ βληθείς.

Πλάτων Ἀθηναῖος κωμικός, γεγονὼς τοῖς χρόνοις κατὰ Ἀριστοφάνην καὶ Φρύνιχον, Εὔπολιν καὶ Φερεκράτην. δράματα δὲ αὐτοῦ κη' [ταῦτα]· Ἄδωνις, Ἀφ' ἱερῶν, Γρῦπες, Δαίδαλος, Ἑορταί, Ἑλλὰς ἢ Νῆσοι, Εὐρώπη, Ζεὺς κακούμενος, Ἰώ, Κλεοφῶν, Λάιος, Λάκωνες ἢ ποιηταί, Μέτοικοι, Μύρμηκες, Μαμμάκυθος, Μενέλεως, Νῖκαι, Νὺξ μακρά, Ξάνται ἢ Κέρκωπες, Περιαλγής, Ποιητής, Πείσανδρος, Πρέσβεις, Παιδίον, Σοφισταί, Συμμαχία, Σκευαί, Σύρφαξ, Ὑπέρβολος, Φάων.

Indolem autem atque stilum quibus vitae Hesychianae agnoscuntur cum multi sagaciter illustraverint,[2]) ita putavi optime et brevissime rem posse absolvi, ut primum, quae sunt propria Hesychii, notis litterarum praescriptis deinceps enumerarem, tum eisdem notis poetarum nominibus additis indicarem quid cuiusque vitae sit peculiare indicium Hesychianae originis. Prae-

---

[1]) Flach ed. Hes. p. LIX: 'omnes (scil. comicorum vitas) ut decet in editionem meam recepi.' Talia ut s. v. *Φιλοκλῆς*, quae schol. Arist. Av. 282 debentur, consentaneum est me omisisse. Ceterum moneo Flachii indicem 106 vitas praebere, quippe qui haud recte Suidae errorem, qui Chaeremonem comicis assignat, correxerit, cf. Daub 'Jahrb.' XXII p. 259. Item editores omnes haud recte unum Menandrum pro duobus agnoscunt, cf. infra. Gratum fortasse est lectorem monere, vitarum maximam partem quamvis insufficienter pro his temporibus expressam inveniri apud Mein. 'hist. cr.' p. 547—58.

[2]) cf. Wentzel, 'Gebh.-Harn., Texte' p. 1 sq., 'Herm.' XXXIII p. 277; praeterea Nietzsche 'Rhein. Mus.' XXIV p. 216 sq., Volkmann 'Symb.' p. 717 sq., Wachsmuth, Flach, Rohde, Daub.

terea, cum aliquoties in iis fabularum tabulis, quae Athenaeo debentur, verba 'ὡς Ἀθήναιος κτλ.' desiderentur (s. v. *Θεόφιλος*, *Ναυσικράτης*), omnes dramatum indices diligenter mihi erant examinandi, essentne ex Athenaeo conflati necne.

Sunt igitur Hesychianarum vitarum peculiaria haec: Commemoratur

a) patris nomen (vel legitur '*δούλου παῖς*', vel '*ἀδελφός*')

b) poetae *ἐθνικόν*

c) antiquae an mediae an novae comoediae accensendus sit

d) quando fuerit ('*γέγονε, ἤκμαζε, σύγχρονος*'), saepius olympiadis numero adiecto [1])

e) numerus fabularum, aliquoties etiam victoriarum [2])

f) filius poetae

g) index fabularum alphabeticus [3])

α) index fabularum Athenaeo deberi nequit, quia aut omnino Athenaeus poetam vel fabulas apud Suidam citatas non exhibet, aut alias neque eas eodem ordine quem apud Suidam obtinent.

Hesychio igitur vindicandae sunt vitae hae, quas velim mecum examines:

Αἴνικος bcgα) *Ἄλεξις* bedf) *Ἀλκαῖος* bce) *Ἀναξανδρίδης* abde) *Ἀνάξιππος* cd) *Ἀντιφάνης Ἀθηναῖος* et *Καρύστιος* bd) [4]) *Ἀντιφάνης Δημοφάνους* abcdef) [5]) *Ἀπολλόδωρος Ἀθηναῖος* be) *Ἀπολλόδωρος Γελῶος* bdα) *Ἀπολλοφάνης* bcα) *Ἀραρώς* badα) *Ἀριστομένης* bc) *Ἀριστοφάνης* badfeg) [6]) *Ἄρχιππος* bcde) *Αὐγέας* bcα) *Αὐτοκράτης* bcα) *Δεινόλοχος* bdae) *Διοκλῆς* bcdα) *Διώξιππος* bα) *Ἐπίχαρμος* abed) *Ἕρμιππος* bcae) *Εὔβου-*

---

[1]) cf. Wentzel 'Herm.' XXXIII p. 278 sq.

[2]) cf. ex. gr. Wachsmuth 'Symb.' 147[32].

[3]) cf. Volkmann 'Diss.' p. 34 sq., Wachsmuth 'Symb.' p. 151 sq., Daub 'de S.' p. 412 sq., Flach ed. Hes. p. LVIII, Wentzel 'Herm.' XXXIII p. 287.

[4]) articuli misere turbati, cf. Flachii annot. et ibid. virorum dd. sententias.

[5]) Innumerabilia Antiphanis dramata quin a duobus minimum comicis repetenda sint equidem nullus dubito, cf. difficultates rationis chronologicae apud Mein. 'hist. cr.' p. 304—307 et Capps l. c. XXI p. 54 sq. Traditi enim sunt tituli fabularum fere 135 (non intellego quid velit Christ 'Griech. Litt.' p. 311 'wir haben Fragmente von mehr als 200 Stücken'), quem numerum facile esse duplicandum ut quot quisque poeta re vera scripserit fabulas computetur cuivis in hac materia versato notum est. Iam fingamus unoquoque anno per 50 annorum spatium eum quaternas scripsisse fabulas (id quod quotus quisque est qui credat?), efficiuntur tamen non magis quam 200. At tribuunt ei (sicut nos quoque) Anon. *περὶ κωμ.* 260, Suidas 280 vel 365. Quamquam tales nuces fortasse duriores sunt, quam ut unquam possit quisquam frangere.

[6]) cf. Flach ed. Hes. p. XXI. Daub 'de S.' p. 413[12]b. Flach 'Rh. M.' XXXV p. 193. 235: praebebat Hesychius plenum indicem alphabeticum fabularum *μδ'*.

λος baedc) *Εὔπολις* abedg) *Ἡνίοχος* bcα) *Θεόπομπος* abec)[1]) *Ἵππαρχος* c)[2]) *Καλλίας* bag) *Κάνθαρος* bα) *Κηφισόδωρος* bcg) *Κράτης* baeg) *Κράτες* Πbcegα) *Κρατῖνος* abce) *Λεύκων* adg) *Μάγνης* bde) *Μένανδρος* bc) *Μένανδρος* Πbace) *Μεταγένης* baα) *Μυρτίλος* baα) *Νικοφῶν* abdαg?)[3]) *Νικοχάρης* abdαg?)[4]) *Πλάτων* bdeg[5]) *Ποσείδιππος* bade) *Ῥίνθων* bade) *Σαννυρίων* bgα) *Στράττις* bg)[6]) *Στράτων* cα)[7]) *Σώφιλος* bcα) *Σώφρων* bad) *Τιμόθεος* bcα) *Τιμοκρέων* bc)[8]) *Φερεκράτης* be) *Φιλέταιρος* bae) *Φιλή-*

---

[1]) Krause 'Byz. Zeitschr.' XIII 1904 p. 113 docuit ante *καὶ ἄλλα π.* intercidisse nonnullos fabularum titulos; quod quam recte iudicatum sit, ex omnibus quae exposituri sumus apparebit.

[2]) cf. Wentzel, 'Gebh.-Harn., Texte' p. 58, et h. diss. p. 50. 53.

[3]) cf. Wachsmuth 'Symb.' p. 148[36].

[4]) Mirum in modum Daub hariolatur 'de S.' p. 484.

[5]) *δράματα δὲ αὐτοῦ κη'* omnes libri, cum catalogus alphabeticus praebeat minimum 30 titulos. Numerus iste Hesychii certe non corrigendus est, cf. p. 35.

[6]) cf. Wachsmuth 'Symb.' p. 151. Sine ulla certa ratione nebulonis illa '*ἐν τῷ β' βιβλίῳ*' corrigere voluerunt viri dd. in *ιβ'* (Bernhardy; Daub 'Stud.' p. 140) coll. Athen. XII 551 c, ubi *Ψυχασταί* afferuntur. At non corrigendum est, sed explicandum. Uno loco libri II, i. e. p. 69 a, Athenaeus Strattidis fragmentum affert, cum praeterea nusquam in l. II hic poeta commemoretur. Iam cum per se cuiusvis fabulae fragmentum ibi fuisse possit, coniciendum tamen est aut *Στράττις* < *ἐν Πανσανίᾳ* > (cf. Athen. XIV 654 f), quia unus *Πανσανίας* titulus ordinem alphabeticum turbat, aut <*ἐν Ψυχασταῖς*>, ut ad ultimam catalogi fabulam respexerit nebulo, aut <*ἐν Ἀνθρωποροέστῃ*>, ut ad primam, cf. ex. gr. catalogos s. vv. *Νικόστρατος, Ξέναρχος* (haud recte Mein. 'hist. cr.' p. 224, item Kock I p. 711 scripserunt '*Ἀνθρωπορραίστης*'). Cf. rationem Kaibelii l. c. p. 325 de Xenarchi 'Bucolione'.

[7]) cf. quae infra ad classem II. de Ephippo commemorabimus. Meineke 'hist. cr.' p. 426 haud recte '*τῆς νέας κωμ.*' voluit vetusta illa doctrina correcta: at argumentum eius de Phileta Coo ne tantulum quidem valet; cf. Suid. (i. e. Hesych.) s. v. *Φιλητᾶς* (*ὢν ἐπί τε Φιλίππου καὶ Ἀλεξάνδρου*) et Susemihl 'Al. Litt.' I p. 174 sq. Praeterea quam bona sit haec Hesychii doctrina ipse Meineke potuit intellegere 'hist. cr.' p. 421/2 de Heniocho disserens. Quae si vera sunt, inversa ratione apud Athen. IX 382 b pro '*Φοινικίδης*' titulus '*Φοῖνιξ*' restituendus est; quem errorem merito conicias cohaerere cum Phoenicidis comici nomine, quem saepius Athenaeus citavit. Certe autem Capps 'Arch.' IV p. 77/8 e 'Phoenicide' Stratonis fabula nil de Phoenicidis aetate debuit concludere: 'Straton ridiculed Philetas of Cos, who flourished ca. 300. — We are in harmony with Hesychius.' Quamquam non ignoro egregie quae ceteroquin protulit de Phoenicidis aetate nunc confirmari catalogo poetarum ad Dionysia Magna pertinenti apud Krausium 'Diss.' p. 30:

Πο]σείδιππος Ι	Sed idem ipse catalogus nostram quoque
Σατυρίων Ι	rationem confirmat: si enim Phoenicides
Ἀ]πολλόδωρος ΙΙ	primum, ut ex catalogo efficitur, a. fere 275
Φιλήμων ΓΙ	*ἐν ἄστει* vicit, quomodo potuit *Στράτωνι*
Λαμ]όξενος Ι	*τῷ τῆς μέσης κωμῳδίας ποιητῇ* titulum fabu-
Φοινικ]ίδης ΙΙ	lae praebere? Itaque ad unum omnia

apud Hesychium optime concinunt.

[8]) Hesychius (cf. etiam *Φιλιστίων*) duos cognomines confudit; de vocibus *καὶ αὐτός* cf. p. 40.

μων bacde) *Φιλήμων ὁ νεώτερος* ae) *Φιλιππίδης* bcade) *Φιλιστίων* b)[1]) *Φιλύλλιος* bcg) *Φιλωνίδης* bcα) *Φόρμος* bdeg) *Φρύνιχος* bcdg) *Χιωνίδης* bcdαg?).

Quibus vitas s. vv. *Μενεκράτης* et *Πολύζηλος* addendas esse propterea conicias, quia tituli Athenaeo deberi nequeunt; certius indicium Hesychianae originis infra apparebit. De Menecrate cf. etiam Wentzel 'Gebh.-Harn., Texte' p. 59.

Ex his articulis seorsum mihi memorandi sunt hice:

Ia. *Διοκλῆς Πλάτων Σαννυρίων Στράττις Σώφιλος Τιμόθεος Φιλέταιρος Φόρμος.*

In his enim omnibus vitae Hesychianae nonnulla addita sunt ex Athenaeo, velut

s. v. *Πλάτων*: *ἔστι δὲ λαμπρὸς τὸν χαρακτῆρα*
ὡς φησιν Ἀθήναιος ἐν τοῖς Δειπνοσοφισταῖς
ὅτι καὶ Ἀνδροφόνος ἐστὶ δρᾶμα Πλάτωνος Athen. IV 163 bc VII 279 cd
καὶ Συνεξαπατῶν III 103 b VII 279 a XV 678 f
Πανηγυρισταὶ καὶ ἄλλα πλεῖστα

Sunt autem fabulae Batonis, id quod dudum vidit Meineke 'Men. et Phil. rell.' p. 150, et vitium ex Athenaei codice fluxit, cf. Kaibel ed. vol. II p. 118[12] (279 c) vol. I p. 236[18] (103 b) vol. II p. 117[16] (279 a). De tertia fabula, quae apud Athenaeum nunc quidem non invenitur, cf. p. 49. Neglegentissime autem haec omnia addita esse vel ipsa docet structura periodi '*ὅτι καὶ Ἀνδροφ.*' *κτλ.* pueriliter balbutientis. Cf. etiam Meineke l. c. p. 151.

Tria praeterea propono exempla, cum de Strattide iam supra annotaverimus:

Τιμόθεος Ἀθηναῖος, κωμικὸς τῆς μέσης κωμῳδίας. τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἦν Πύκτης, Παρακαταθήκη, Μεταβαλλόμενος ἢ Μεταφερόμενος. | *καὶ Κυνάριον Τιμοθέου δρᾶμα, ὡς φησιν Ἀθήναιος ἐν τοῖς αὐτοῖς αὐτοῦ.*[2]) ubi una et sola fabula ab Athenaeo commemorata (VI 243 c) Hesychianae vitae addita est.

Σώφιλος [ὄνομα κύριον] Σικυώνιος ἢ Θηβαῖος, κωμικὸς τῆς μέσης κωμῳδίας. δράματα αὐτοῦ Κιθαρῳδός, Φύλαρχος, Τυνδάρεως ἢ Λήδα καὶ Δηλία.[3])

ὡς φησιν Ἀθήναιος — *ὡς* <*δέ*> *φ.* Rohde; *καὶ ὡς φ. Ἀθ.* Daub 'Jahrb.' XXVII p. 265.
καὶ χειρίδιον καὶ Παραθήκη — Ath. X 431 a *ἐν Ἐγχειριδίῳ*
XIV 640 d *ἐν Παρακαταθήκῃ*

---

[1]) Hesychio huius articuli turbas deberi iam vidit Rohde 'Rh. M.' XXXIV p. 568 not., cf. etiam Wentzel 'Herm.' XXXIII p. 291. Quamquam postmodo alia vitae addita esse non nego.

[2]) Semel dico semper me optimorum codd. memoriam ex edit. Flachiana exscribere.

[3]) cf. p. 33/4.

ubi cum ab initio in codice aliquo ad marginem vel ad finem articuli additamentum obiter aspersum fuisse manifestum sit, certe nil coniciendum est, sed transponendum sicut ille sciolus voluit: . . *Δηλία.* | *καὶ χειρίδιον καὶ Παραθήκη, ὥς φ. Ἀθ.*

s. v. *Φιλέταιρος . . . δράματα [δὲ] αὐτοῦ κα', [ὧν ἐστι καὶ ταῦτα ·]*

		Athenaeus	
Ἀχιλλεύς		XI 474 de	
κορινθιαστής		XIII 559 a	*α*
Κυνηγίας	VII 280 cd	XIII 570 ef 572 d 587 ef	*Κυνηγίς*
Φίλαυλος		XIV 633 ef	
Κέφαλος		— — —	
Τηρεύς		III 106 e X 430 de	
οἰνωπίων	[*Οἰνοπίων*	IV 169 e VII 280 d	
Ἄντυλλος καὶ αὐτοφιλεταίρου		II 65 d III 108 c 118 e	
ὡς δέ τινες νικοστράτου			
Ἀταλάντη		X 416 f	
λαμπαδιφόροι		X 418 c *Λαμπαδηφόροι*	

Hic quamquam fabularum solitus secundum Athenaeum ordo turbatus est, titulos tamen ex Athenaeo Hesychianae vitae subiectos esse vel inde apparet, quod in Suidae codice *A* longe praestantissimo verba *δὲ* et *ὧν ἐστι καὶ* — exit. omissa sunt. Daub quomodo potuerit contendere, Suidam titulos compilasse, equidem non intellego. Praeterea vide, quam neglegenter et misere mutilati tituli postmodo in Suidae deteriores codd. inspersi sint. De causa turbarum et '*Κέφαλος*' fabula cf. p. 49.

Ex his exemplis apparet opinor optimo iure Bernhardium, qui certe Suidam suum bene noverat, contendisse ('Comment. de S. lexico' II 9 III 4), haec additamenta interpolatoribus Suidae vindicanda esse.[1])

Cap. III: II. Frustula genuinarum Hesychii vitarum Flach (Proleg. p. XX et app. crit. ed. Hes.) putat esse sola lemmata hoc modo conformata: *Ἀμειψίας Ἀθηναῖος κωμικός.*

Sunt autem haec: s. vv. *Ἀλκιμένης Ἀμειψίας Ἄμφις Ἀναξίλας Ἔφιππος Σωτάδης.* Quod quamvis dubitanter suspicatus sit vir d. (cf. ed. Hes. p. XX[2]), rectissimum tamen esse apprime docent glossae hae:

Ἔφιππος Ἀθηναῖος κωμικὸς τῆς μέσης κωμῳδίας. De qua cf. Daub[2]) 'de S.' p. 409: 'Post gl. *Ἔφ.* nomen *Ἔφιππος* turpi errore iteratum est, cuius in locum *Ἔφορος* erat substituendum, unde

---

[1]) praepropere iudicant post Volkmannum Daub 'de S.' p. 482, Krumbacher 'Byz. Litt.' p. 568.

[2]) Quem sequitur Wentzel, 'Gebh.-Harn., Texte' p. 58.

liquido apparet ambas glossas in epitoma iuxta positas Suidae culpa esse confusas.' Quamquam tale vitium etiam post Suidam a librario potuisse committi ab omni parte non est negandum. Sed, id quod quaestionem statim absolvit: talia velut '*Ἀθηναῖος κωμικὸς τῆς μέσης κωμῳδίας*' vel per se sola originem Hesychianam prae se ferunt, cf. vitas sub I depictas. Praeterea gravissimum hoc reputandum est: Ephippi comici nemo mentionem facit nisi unus atque solus Athenaeus. (cf. Kaibel Ath. vol. III. Ind. p. 611².) Si autem non Hesychii epitomae articulus vindicandus esset, unde tandem hominem decimi vel serioris saeculi tam profundam comoediae Graecae notitiam adeptum esse putemus nisi ex Athenaeo? An nomen poetae sane obscuri ex alio recondito fonte et quidem nunc prorsus ignoto eum hausisse quisquam putat? Si autem praeter Hesychium uni Athenaeo eruditissima doctrina deberi potest: cur non sicut in aliis vitis hic quoque fabularum tituli ex Athenaeo adiecti sunt?[1]) Quia enim infra apud III. classis vitas, quarum dramatum tituli Athenaeo debentur, apparebit quantopere is vel ei scioli, qui eas compilabant, studuerint doctrinam suam mundo largiri, apud hoc quoque lemma, si ex Athenaeo Suidae lexico insertum esset, fabulas adiectas merito exspectes. Denique, unde pro homine saltem Byzantio prorsus inaudita fluxit eruditio, Ephippum fuisse Atheniensem et quidem *κωμικὸν τῆς μέσης κωμῳδίας*? Quid? Eiusdem enim eruditionis apud Athenaeum, quem omnino talia nunquam fere annotare notum est (tres inter sescentos potui indagare locos: VII 329 d Mnesimachus, III 126 e Nicopho, VII 293 a Sotades), nec vola nec vestigium. Itaque demonstravimus, sicut alia sola lemmata (velut *Ἀκύλας γραμματικὸς καὶ μουσικός*), ita comicorum quoque sola lemmata ex Hesychii epitoma in Suidae lexicon transmigrasse. Cf. etiam p. 44². Idem contendi potest de lemmate

Σωτάδης Ἀθηναῖος κωμικὸς τῆς μέσης κωμῳδίας. Quod Hesychii Onomatologo deberi veri simile etiam est ex eiusdem libri dispositione, quam statuit Wentzel, cf. 'Gebh.-Harn., Texte' p. 58. Sed conferamus insequentem quoque vitam Hesychianam s. v. *Σωτάδης Κρής,* cuius in fine haec leguntur: *εἰσὶ δὲ αὐτοῦ εἴδη πλεῖστα, οἷον εἰς Ἅιδου κατάβασις, Πρίηπος, εἰς Βελεστίχην, Ἀμαζών, καὶ ἕτερα.* | *καὶ Ἐγκλειόμεναι καὶ Παραλυτρούμενος, ὡς Ἀθήναιός φησιν ἐν Δειπνοσοφισταῖς.* Manifestum est, cum in Hesychii epitoma catalogus poematum vocabulis *καὶ ἕτερα* terminaretur, ab altera manu verba *καὶ Ἐγκλ. κτλ.* ex Athenaei l. VII 293 a IX 368 a vitae

---

[1]) Id quod ad reliqua quoque lemmata valet, velut Amphidem, Anaxilam, quorum plurima apud Athenaeum fragmenta.

Hesychianae addita et quidem satis temere falso articulo subtexta esse, cum Athen. VII 293 a haec habeat: *Σωτάδης δ' οὐχ ὁ τῶν Ἰωνικῶν ᾀσμάτων ποιητὴς ὁ Μαρωνίτης, ἀλλ' ὁ τῆς μέσης κωμῳδίας.* Itaque fuerunt duo articuli in Suidae lexico, antequam tituli ex Athenaeo adderentur. Eadem autem ipsa res est, quam apud illas 8 vitas statuimus, quas sub Ia fusius depinximus: denuo videmus inter ipsam Hesychianam vitam (et hoc quidem loco, s. v. *Σωτάδης Ἀθηναῖος,* inter ipsum solum Hesychianum lemma, id quod gravissimum est) et additamenta ex Athenaeo ab alia manu facta cautissime distinguendum esse; iamque habemus suspicionem eodem modo omnes Suidae vitas quarum dramatum tituli Athenaeo debentur esse dissecandas.

Hesychio igitur additamentum deberi nequit; neque magis eius epitomatori: excerpsit enim atque contraxit Hesychianas vitas,[1]) utque novos fabularum titulos adderet tantum aberat ut saepissime liberrimo arbitrio finem faceret longae titulorum seriei describendae; cf. s. v. *Εὔπολις: τὰ δὲ δράματα αὐτοῦ Αἶγες, Ἀστράτευτοι ἢ Ἀνδρόγυνοι καὶ ἄλλα*; s. v. *Αἴνικος* (fuit Hesychii catalogus ordine alphabetico confectus); s. v. *Παρθένιος, Σωτήριχος* (cf. Wentzel 'Herm.' XXXIII p. 308) al., ita ut in hoc quoque articulo illud *καὶ ἕτερα* recte illi homini attribuas. Relinquuntur additamenti auctores aut interpolatores aut ipse Suidas. Qui autem quae sub Ia commemoravimus una cum hoc loco secum perpenderit, Suidae certe additamenta illa neglegentissime facta non attribuet.

Cap. III: III. Iam satis dumetorum lapidumque sustulisse nobis videmur, ita ut aperta via possimus ad eorum omnium articulorum naturam atque indolem recte investigandam progredi, quorum dramatum tituli ex Athenaeo hausti sunt; id quod ab initio erat propositum. Supra autem iam commemoravimus, poetarum fabulas semper fere eodem ordine enumeratas esse, quo fortuito apud Athenaeum landantur, cf. Timoclis et Theophili tabulas apud Volkmannum 'Diss.' p. 35 sq. Reliquorum tabulas proposuit Daub 'de S.' p. 482 sq., nec tamen omnium neque sufficienter, quippe qui Kaibelii editione careret. Duo propono exempla:

	Athen.:	loc. omiss.:
Δαμόξενος Ἀθηναῖος κωμικός. τῶν δραμάτων αὐτοῦ Σύντροφοι, ὡς Ἀθήναιος λέγει ἐν γ' Δειπνοσοφιστῶν,	III 101 f	I 15 b
καὶ Ἑαυτὸν πενθῶν, ὡς πάλιν ὁ αὐτὸς ἐν τῷ ια'.	XI 468 f	

[1]) cf. Wentzel, 'Gebh.-Harn., Texte' p. 3 sq., p. 57.

Suidas:	Athen.:	loci omissi:
Σώπατρος κωμικός. τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστιν		
Ἱππόλυτος	III 101 a	II 71 a b
Φυσιολόγος	101 a	III 86 a
Σιλφία [*ἡ*]	[*Σίλφαι* 101 b	III 119 a
Κνιδία	109 e	IV 158 d
Νεκυία	IV 160 b c	176 a 160 a b e f
Πύλαι	175 c XIV 649 a	175 c d 183 b c
Ὀρέστης	VI 230 e	
Φακῆ,	230 e XV 702 b	VIII 341 e XI 784 b
ὡς Ἀθήναιος ἐν Δειπνοσοφισταῖς.		XIV 644 c 656 f

Sunt autem articuli hi (quibus glossis litteram n subieci, in iis habes singulos Athenaei libros numeris [cf. v. *Δαμόξενος*] citatos):

Ἀριστώνυμος Ἀρχέδικος[1]) *Δαμόξενος*[n]) *Δεξικράτης*[n]) *Διόδωρος*[n]) *Ἐπιγένης Ἐπίλυκος Ἐπίνικος Ἔριφος*[n]) *Εὐάγγελος Εὐθυκλῆς Εὔσχημος Εὔφρων Ἡγήμων Ἡγήσιππος Θεόγνητος Θεόφιλος Λύσιππος*[n]) *Μνησίμαχος Ναυσικράτης Νικόστρατος*[n]) *Ξέναρχος*[n]) *Πολύευκτος Σώπατρος κωμ. Σώπατρος παρῳδός Σώφρων* [*Τελέστης*][n]) [2]) *Τηλεκλείδης Τιμοκλῆς Ἀθηναῖος Τιμοκλῆς ἕτερος Φίλιππος Φοινικίδης* [*Χαιρήμων*] *Ὠφελίων*[n]).

Iterum autem statim ab initio cavendum, ne Daubii ratiocinationibus occaecemur. Qui 'de S.' p. 482 et 'Stud.' p. 142 hoc observat, harum glossarum indolem eam esse, ut praeter solum nomen poetae nil nisi titulos aliquot praebeant. Ac primum quidem monendum est, hoc minime verum esse, cf. s. vv. *Δαμόξενος Τηλεκλείδης Τιμοκλῆς Ἡγήμων Μνησίμαχος.* Deinde indidem quomodo potuerit colligere non Hesychium, sed Suidam hos articulos composuisse vix ac ne vix quidem intellego. Quin etiam hoc inde si conclusisset, quod ab initio multo melius videtur, haec lemmata ex alio fonte atque illa lemmata quae nos sub I et II enumeravimus (sive in Onomatologum sive in Suidae lexicon) fluxisse, falsus fuisset: nam quid Hesychii epitomator, quid Suidas ipse non potuit de Hesychianis glossis detrahere? Quod ex una p. XXI Flach. Proleg. lectu dignissima optime possis intellegere. Sicuti Diphilum in ipso Hesychii Onomatologo defuisse quis est qui credat? At talia his quidem temporibus omnino non iam oportet

---

[1]) Sequitur altera vita e Polyb. XII 13 descripta.

[2]) Dithyramborum poeta est, cf. Flach ad h. l.

monere, cf. etiam frustulum genuinae vitae quod vocavimus: *Ἀναξίλας κωμικὸς ποιητής*, ad eundem ipsum modum ut haec lemmata conformatum. An hoc quoque Daub ex Athenaeo Suidam vult hausisse, neque tamen, sicuti reliquis huiuscemodi glossis omnibus, titulos subiecisse? Immo supra iterum iterumque, cum lemmata sub II enumeraremus, velut *Ἔφιππος, Σωτάδης*, cum articulos sub Ia depingeremus, vidimus cautissime tabulas ex Athenaeo subiectas ab iis quae praecedunt esse seiungendas atque secernendas, ita ut optimo iure eadem ipsa cum suspicione ad has glossas aggrediamur. Atque nunc iam si anquirimus, utrum
Cap. III: III a 1 cohaereant ipsa lemmmata cum tabulis fabularum quae sequuntur ex Athenaeo conflatis necne, miro modo illa suspicio in certum iudicium convertitur. Ex Hesychii enim epitoma, non ex Athenaeo, fluxerunt ita ut classis II. frustula, lemmata haece:

Διόδωρος καὶ αὐτὸς κωμικός. Ἐπίνικος καὶ αὐτὸς κωμικός.

Egerunt autem de vocibus 'καὶ αὐτός' Wachsmuth 'Symb.' p. 139, Daub 'de S.' p. 406 sq., p. 471 sq., Egenolff l. c. p. 161 sq., Flach 'Jahrb.' XXVI p. 824. Ne longi simus: plenum opus Hesychianum e temporis ratione compositum fuisse, epitomatorem autem, qui in brevius illud contraxit, singulos articulos ad ordinem alphabeticum digessisse, hoc cum iam Wachsmuth et Daub demonstravissent, his quidem temporibus extra omnem dubitationem est, cf. Wentzel 'Herm.' XXXIII p. 275. Neque operae pretium est refutare quae ipse protulit Daub p. 408 mirum in modum quaestionem totam, quam verba *καὶ αὐτός* moverunt, obscurans, implicans, perturbans. Qui vocabula *καὶ αὐτός* interdum vult Hesychii epitomatori attribuere, quippe qui iis tum usus sit, cum ei Onomatologi articulos ex ordine alphabetico inter se collocanti unus poeta comicus post alterum ponendus fuerit. Quasi Timocles fuerit antiquae comoediae poeta,[1]) quasi Philetaerus novae! Ne ipsius quidem Hesychii articulum s. v. *Φιλέταιρος υἱὸς Ἀριστοφάνους* Daub unquam vidit, nedum inspexerit Meinekium, nedum C. J. A. II 977,[2]) ubi Anaxandridem inter et Eubulum legitur. Et quid tandem de glossa *Διόδωρος* censeamus (Daub 408[7])? Quid vero de glossa

Φιλιππίδης Ἀθηναῖος, κωμικὸς καὶ αὐτὸς τῆς νέας κωμῳδίας . . . ἐδίδαξε καὶ αὐτὸς δράματα με'. 'Scilicet ut *Φιλήμονες* duo' Daub,

---

[1]) Ex hoc quoque exemplo intellegas, quam miro modo saepius ipse sibi oblocutus sit Daub. Hesychii epitomae enim p. 408 tribuit lemma *Τιμοκλῆς*; idem in eodem commentario de eodem Timocle p. 483 contendit, Suidam articulum composuisse et quidem prave duos eiusdem nominis poetas distinxisse.

[2]) tum apud Bergkium 'Rh. M.' XXXIV.

ad prius 'καὶ αὐτός' respiciens. Quid autem Hesychius? s. v. *Φιλήμων Συρακούσιος . . . ἔγραψε δὲ κωμῳδίας < ζ' > πρὸς ϛ' . . .*[1]) — *Φιλήμων ὁ νεώτερος, καὶ αὐτὸς κωμικός* (sicut pater, qui in Hesychii Onomatologo propter ordinem chronologicum praecedebat), *υἱὸς Φιλήμονος τοῦ κ. ἐδίδαξε δὲ δράματα νδ'.* Quid? Inde igitur non hoc debuit Daub concludere, Hesychii epitomatorem articulos e ratione alphabetica inter se collocasse (id quod aliis de causis certum est), sed idem ipsum, quod dudum docuerat Wachsmuth 'Symb.' p. 139: vocabulis *καὶ αὐτός* ipsum Hesychium respexisse ad eius hominis vitam, qui propter ipsius pleni Onomatologi ordinem chronologicum antecedebat, quae vitae postmodo iam epitomatoris ut videtur culpa plane evanuerunt; cf. nunc etiam Wentzel 'Herm.' XXXIII p. 282/3.

Si autem omnino quicquam etiam hac ipsa re certius potest excogitari, hoc est: talia velut *Ἐπίνικος καὶ αὐτὸς κωμικός* ex Hesychii epitoma fluxerunt, a Suidae lexico alienissima sunt; nil aliud eramus demonstraturi.

Praeterea Hesychii epitomae tribuenda sunt tria lemmata *Δαμόξενος Ἀθηναῖος κωμικός. Τηλεκλείδης Ἀθηναῖος κωμικός. Τιμοκλῆς Ἀθηναῖος κωμικός,* id quod facile mihi concedes, si Hesychiana lemmata classis I. comparaveris, quae eodem modo conformata sunt, velut *Αὐγέας Ἀθηναῖος κωμικός. Αἴνικος. Ἀπολλόδωρος. Πλάτων. Σαννυρίων. Στράττις* al., cum reliqui 28 articuli III. classis nil nisi nomen poetae exhibeant, et apud Athenaeum, uti iam monuimus, ethnici nullum vestigium inveniatur.[2]) Cave etiam putes '*Ἀθηναῖος*' ethnico apud Hesychium (i. e. in fonte eius) nil indicari nisi ut poeta fuerit 'comicus Atticus'; cf. ex. gr. *Διοκλῆς Ἀθηναῖος ἢ Φλιάσιος.*[3])

His glossis adde lemma *Τιμοκλῆς ἕτερος, καὶ αὐτὸς κωμικός,* de quo cum infra seorsum sit disserendum, nunc quidem haec memorasse satis habeo: Index fabularum Timoclis comici sub hoc altero lemmate secundum Athenaei ordinem producitur; et ratio quam secuti supra primum lemma epitomae tribuimus, ea nunc altera ratione luculentissime confirmatur. Nam quo tandem modo hoc alterum lemma explicari potest, nisi sumimus ab initio sola

---

[1]) *ἑπτὰ πρὸς ἐνενήκοντα* Anon. *κερὶ κωμ.* II Kaib.

[2]) Volkmann iam hoc animadvertit neque tamen recte explicavit dicens 'Diss.' p. 36/7 'Suidas ne prorsus nihil praestitisse videretur, poetarum nominibus *Ἀθηναῖος* vocabulum nonnumquam adiecit nil nisi vana commentus.' Ceterum velim conferas, quae p. 39 sq. de Daubii ratiocinatione diximus: inversa est nostra.

[3]) His possis addere gl. *Δεξικράτης. οὗτος Ἀθηναῖος κωμικός.* Quamquam de hac possis dubitare, cf. Daub 'de S.' p. 474 sq. 'De *οὗτος* vocabuli apud Suidam usu', qui optime demonstravit 'Suidam Hesychiumve cum vocibus *οὗτος*, (*δὲ*) *καὶ* utuntur plurima ex parte ab uno ad alterum fontem deflectere.'

duo lemmata in epitoma fuisse? Quae tandem causa fuit compilatori fabularum, alterum Timoclem sibi fingere, sive ipse ut adhuc putaverunt omnes, totum articulum, hoc est ipsum quoque primum istud lemma, sibi composuerat, sive, ut nos demonstravimus, fabularum tantum indicem lemmati primo quod inveniebat subtexerat? Inversam profecto rationem facillime ut sumeremus a nobis possemus impetrare, qualem saepius (velut s. v. *Σωτάδης* p. 37, cf. etiam infra) animadvertimus, ubi adeo non compilator omnino lemma sibi composuit, ut falso quod inveniebat lemmati fabulas subtexeret. Sed cum tabula fabularum ita exprimenda sit:

Suid. *Τιμοκλῆς*	**Athenaeus:**	Athenaei **loci omissi:**
Ἀθηναῖος κωμικός τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστι		*Ψευδοληταί* III 109 c
Δημοσάτυροι	IV 165 f	
Κένταυρος	VI 240 d (*ἢ Δεξαμενός*)	
Καύνιοι	240 de	
Ἐπιστολαί	240 ef 243 bc	
Ἐπιχαιρέκακος	241 ab	
Φιλοδικαστής	245 b	
Πύκτης	246 f	
ὥς φησιν Ἀθήναιος ἐν Δειπνοσοφισταῖς		
Τιμοκλῆς ἕτερος, καὶ αὐτὸς κωμικός[1]) *τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστι*		*Λακτύλιος* VII 295 b IX 385 a
Διονυσιάζουσαι	VI 223 b-d	*Αἰγύπτιοι* 300 ab
Πολυπράγμων	VIII 339 ef	*Σαπφώ* VIII 339 a
Ἰκάριοι	339 d; de; 342 a; IX 407 f (*Ἰκ. Σάτ.*)]	
Δῆλος	341 ef	
Λήθη	IX 407 de	
Διόνυσος	407 e	
Κονίσαλος	X 430 f	
Πορφύρα	VII 319 a X 431 a	
ἥτις καὶ δοκεῖ Ξενάρχου εἶναι		
Ἥρωες	VI 224 ab X 455 f	
Δρακόντιον	VI 237 d-f	
Νέαιρα	XIII 567 de 591 d	
(ἑταίρας δὲ ὄνομά ἐστιν ἡ Νέαιρα)]		
Ὀρέστης	567 ef (*Ὀρεσταυτοκλείδης*, Harpocr.)]	
Μαραθώνιοι	570 f	
καὶ ἄλλα		

[1]) Bernh.: *ἕτερος καὶ αὐτὸς* ignorare videtur *V (collatio Gronovii codicis Suidae V = Leid. Voss. F 2, ad marginem Kusterianae ascripta; quae prorsus nihil valent, cf. Flach ed. Hes. p. XXVII[4] et s. v. *Τιμοκλῆς*.

dixerit quispiam compilatorem ('Suidam' Daub 'de S.' p. 483) 'Athenaeum bis perlustrasse (primum libros IV et VI, dein iterum l. VI, tum l. VIII—X et XIII)' et inde repetitum ante *Διονυσιάζουσαι* lemma esse explicandum.[1]) Cui ita est opponendum, ut tabulam Nicostrati in comparationem vocemus[2]):

Suid.	**Athenaeus:**	Athenaei **loci omissi:**
Νικόστρατος κωμικός. τούτου μέμνηται Ἀθήναιος ἐν β' Δειπνοσοφιστῶν, λέγει δὲ ὅτι δράματα αὐτοῦ ἐστι		*Οἰνοποιός* I 31 e
Πάνδαρος [ὃς][3])	< II 47 e > XIII 587 d XV 693 ab	*Πάνδροσος]*
καὶ Ἄντυλλος	II 65 d III 108 c 118 e	
ὃς καὶ Φιλεταίρου δοκεῖ εἶναι		
καὶ Ἱεροφάντης	III 110 a	
καὶ Κλεινή	111 cd XI 499 c	
ἔτι δὲ Ἄβρα	IV 133 c XIV 654 b	
καὶ Ἡσίοδος	VII 301 b	*Βασιλεῖς* VI 230 d
καὶ Διάβολος	XI 474 b	
καὶ Ἀντερῶσα	487 b	
καὶ Ἑκάτη	499 bc	
Μάγειρος	XII 517 a XIV 664 c	
ὤτης	XV 700 b *Πατριῶται*	
Πλοῦτος	VI 247 e	
Σύρος	XIV 615 f	
Ἀπελαυνόμενος	664 bc	
Ψευδοστιγματίας	XV 685 cd	
καὶ Τοκιστής	685 ef	
ταῦτα ἐν παραθήκῃ εὗρον κείμενα.[4])		

Cum hic quoque sedes '*ὤτης*' et '*Πλοῦτος*' fabularum ordinem turbet et 'Suidam' Daub velit 'bis Athenaeum pervolasse (I vel II—XV 700 b, dein a VI 247 e—XV 685 d)', cur non hic quoque *Νικόστρατος* alterum lemma legitur? Sed haec hactenus hoc quidem loco.

---

[1]) cf. Bergk 'Griech. Litt.' I p. 294[54], IV p. 163[161].

[2]) cf. etiam tabulam Philetaeri p. 36, de qua Daub p. 483.

[3]) Statim apparet ex eis quae p. 34[6] disseruimus, apud Athenaeum II 47 e scribendum esse *Νικόστρατος < ἐν Πανδρόσῳ >*, quod fuit in pleno XV librorum Athenaeo, quem compilator fabularum pervolabat.

[4]) Hoc quoque '*Νικόστρατος*' lemma iam antea fuisse in epitoma persuasum habeo; nam quin verba '*ταῦτα ἐν παραθ.' κτλ.* idem significent atque verba Hesychianae vitae s. v. *Λαμόφιλος* '*ταῦτά μοι εὕρηται ἐπὶ ταῖς τῶν βιβλίων θήκαις*,' nullus dubito. Cf. etiam '*Νικόστρατος. — τούτου*' . . . Itaque illa quae de bibliotheca annotantur, reliquiae mihi videntur esse Hesychianae vitae. Sed cf. de hac quaestione subtilissima ultimum Daub 'Stud.' p. 130. 135/6.

Agmen cogit articulus: *Ὠφελίων κωμικός.* | *μέμνηται αὐτοῦ καὶ Ἀθήναιος ἐν τῷ β' βιβλίῳ τῶν Δειπνοσοφιστῶν, φησὶ δὲ . . .*[1]) Illius 'καὶ' equidem video explicationem nullam nisi ut ei, qui Athenaeum perlustrabat, lemma *Ὠφελίων κωμικός* aliunde iam praesto fuerit. Unde autem lemma poetae, quo haud facile quisquam obscurior, in Suidae lexicon migrasse putemus nisi ex Hesychii epitoma? Unus praeter Athenaeum auctor Hesychius Alexandrinus Ophelionis mentionem facit (s. v. *Ἴσις*); at Suidae glossa *Ἴσις* ab illa alienissima est, neque quicquam mihi omnino de Hesychio Alexandrino Suidae auctore innotuit.[2])

Horum igitur classis IIIa 1 lemmatum omnium eadem est indoles atque quae II. classis depinximus frustula genuinarum Hesychii vitarum.

Iam putaverit quispiam quaestionem esse absolutam et in omnibus III. classis articulis lemma esse desecandum, quippe quod ex Athenaeo haustum non sit. Minime. Immo item ab altera
Cap. III: parte demonstrari potest aliquot lemmata ab eo ipso qui
IIIa 2 fabulas ex Athenaeo conflabat composita esse; sunt autem glossae hae:

Πολύευκτος κωμικός. τούτου δρᾶμά ἐστιν Ἡνίοχος, ὡς Ἀθήναιος ἐν Δ. φησιν. Flach: Apud Athenaeum IX p. 396 d 'cum Heniochi poetae fabula Polyeuctos laudetur, foedam inde corruptelam invasisse constat, quam profecto neque ad Suidae neque ad Eudociae ingenium cum Meinekio I p. 422 reiciam. Similem errorem notavi v. *Πύρρων, Χείρων* al.' cf. Daub 'Stud.' p. 141.

Εὔσχημος κωμικός. τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστιν Ἐμπολή, ὡς Ἀθήναιος λέγει. Nusquam huius poetae vestigium nisi apud Ath. XIII 571 e *(εὔσχημος ἐν ἐμπολῇ)*, ubi tamen *Ἔφιππος* corrigendum

---

[1]) . . . *τῶν δραμάτων αὐτοῦ εἶναι ταῦτα· Δευκαλίωνα, Κάλλαισχρον, Κένταυρον.* | *Σατύρους, Μούσας, Μονότροπον.* Phrynichi sunt fabulae seclusae. Perperam Daub 'Jahrb.' XXVII p. 264. Primum statuendum est Athenaeum his tribus locis: II 43 f, 66 d, 67 a tres illas priores Ophelionis fabulas commemorasse eodem ordine; haec igitur tria fragmenta e numero incertarum fabularum expungenda sunt. Deinde neglexit Daub Wachsmuthium 'Symb.' p. 151, cui eadem fabula *Σάτυροι* ansam dedit ad turbas tollendas; sic inde quoque veri simile fit alteras tres Phrynichi fabulas ab hoc loco alienas esse. Ceterum eundem ipsum errorem habes s. v. *Ἰοφῶν* et *Κλεοφῶν*, cf. Volkmann 'Diss.' p. 29 et 33.

[2]) cf. de his quaestionibus Wentzel, 'Beiträge zur Gesch. d. gr. Lexikographen,' Sitz.-Ber. Berl. Akad. 1895, p. 477 sq. Ceterum de hac ratiocinatione dignissima est sententia Volkmanni quae conferatur, qui recte monuit 'Diss.' p. 34 Carcini tragici duas fabulas (a Suida ipso) ex Athenaeo haustas esse (*Ἀχιλλεύς* V 189 d, *Σεμέλη* XIII 559 f), neque tamen permultarum aliarum quos Aristoteles Plutarchus Diodorus Harpocratio Stobaeus commemorant ullam mentionem fieri in toto Suidae lexico.

esse vidit Casaubonus coll. Ath. VIII 363 c, quo loco idem ipsum fragmentum Ephippo ascribitur; cf. etiam XIV 617 f et Schweighäuser 'Animadv. in Athen.' XIII 571 e, qui corruptelam explicat e linea antecedenti, ubi *εὔσημον* occurrit.[1]) Itaque e vitio illo manifestum est lemma quoque compilatorem ex hoc Athenaei loco composuisse.

Ἡγήμων ὁ Θάσιος, ὁ ἐπικληθεὶς φακῆ. Haustum est lemma aut ex Athen. XV 698 c aut, id quod cum Daubio ('Stud.' p. 139) praefero, ex Athen. I 5 b, cum articulo s. v. *Τιμαχίδας* cohaerens. Huic rationi favet, quod in Suidae codice V praeter cod. A praestantissimo hoc lemma in margine scriptum est; verba autem *τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστι Φίλιννα, ὡς Ἀθ. ἐν Δ.* (III 108 c XV 699 a) libri omnes (cf. p. 37 sq. s. v. *Σωτάδης*) post insequentem vitam s. v. *Ἡγήμων* exhibent, quam quin Suidas ex Harpocratione hauserit nemo harum rerum peritus dubitabit. En nonne apparet lemma postmodo ascriptum esse in margine? Neque enim verba '*τῶν δραμάτων*' *κτλ.* possunt loco moveri: eodem modo eadem quae illis respondent addita sunt vitae s. v. *Ἡγήσιππος* ex Harpocratione ipsi quoque haustae. Ubi cum lemma nullum sit, quod lemmati *Ἡγήμων ὁ Θάσιος* respondeat, inde quoque apparet lemma *Ἡγήμων ὁ Θ.*, sicut utrumque fabularum indicem, interpolatori deberi.

Σώπατρος παρῳδός. τούτου ἐστὶ δρᾶμα Βακχίς, ὡς Ἀθ. ἐν Δ. Cf. antecedentem vitam *Σώπατρος κωμικός.* Flach: 'Totam vitam omittit (Suid. cod.) A et Eud., itaque ex uno poeta duos factos esse perspexit Bernhardy; alterum lextorem ex loco Athen. IV p. 158 d male intellecto elicuisse manifestum est.'

Simili modo qui gl. *Σώφρων κωμ.* cum antecedenti vita Hesychiana comparaverit, totam ex Athenaeo III 110 c d eam haustam esse sibi persuadebit.

Τελέστης κωμικός. τούτου δράματά ἐστιν Ἀργὼ καὶ Ἀσκληπιός, ὥς φησιν Ἀθήναιος ἐν τῷ ιδ' τῶν Δ. (cf. XIV 616 f, 617 b, 637 a) At dithyramborum poeta fuit; ipse igitur error indicat lemma quoque ex Athenaeo haustum esse.

Μνησίμαχος ποιητὴς τῆς μέσης κωμῳδίας. Hoc unum poetae nomen III. classis a reliquis omnibus discrepat verbis '*τῆς μέσ. κωμ.*' additis. Iam cum totus articulus ita exprimendus sit:

---

[1]) Idem similes errores notat coll. Suid. s. v. *Φίλιππος* cum Ath. VIII 358 f et s. v. *Καρκῖνος* cum Ath. XIII 559 f. Unde manifestum est perperam Flachium scripsisse *ἧς ἀρχή* pro *ἡ ἀρχή* (*ἡ Ἀρχή* voluit compilator; cave cum Flachio compares Suid. s. v. *Κλεοβουλίνη* sub fin.).

Μνησ. ποιητὴς τ. μέσ. κωμ.
τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστιν

Ἱπποτρόφος	VII 301 d 322 e 329 d IX 402 e
Βούσιρις	X 417 e
Φίλιππος	VIII 338 b IX 387 a b X 418 b c 421 b c

ὡς Ἀθ. ἐν Δ.

statim apparet lemma fluxisse ex Athen. VII 329 d, ubi legitur additamentum apud Athenaeum maxime rarum: *Μνησ. ἐν Ἱπποτρόφῳ· ποιητὴς δ' ἐστὶν οὗτος τῆς μέσης κωμῳδίας.*

Agmen claudat glossa

Φίλιππος κωμικός. τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστι Κωδωνιασταί, ὡς Ἀθ. ἐν Δ. Uno loco apud Athenaeum, l. VIII p. 358 f—359 b, commemoratur *Φίλιππος* comicus.[1]) Itaque hoc quoque loco notandum est talia fluxisse e codice Athenaei eisdem mendis quae nunc leguntur laboranti, cf. gl. *Εὔσχημος*. Item, cum hic (359 b, d, e sq.) fusius de vocabulo '*Κορώνη*' et '*Κορωνισταί*' (360 b) Athenaeus disserat, quivis concedet Casaubonum dudum verum vidisse, cum docebat inde titulum *Κωδωνιασταί* ortum esse. Quod ne foedissimum quidem vitium est omnium quae deteximus.

Eiusmodi autem errores brevi etiam multo dilucidiores fient ex iis quae nunciam expositurі sumus.

Cap. III: III b

Eo enim est perducta disputatio nostra, ut nunc quidem possimus aliquo iure de auctoribus additamentorum (sive articulorum mavis) ex Athenaeo haustorum quaerere. Item de fide eorum; quam quaestionem cum Daub deberet pro fundamento habere totius investigationis (artissime enim cohaeret cum illa quae est de auctoribus), vix tamen tetigit 'de S.' p. 484 dicens fidem titulorum qui Athenaeo deberentur esse optimam. At qualis sit fides, quinam auctores, hoc iam sensisse opinor lectorem: meminerit velim, quae ad vv. *Σωτάδης, Στράττις, Πλάτων, Σώφιλος, Φιλέταιρος*, imprimis autem, quae ad articulos classis IIIa 2 annotaverimus: neglegentissime sane erant additamenta chartis inspersa; interdum ne ab una quidem eademque manu videbantur profecta, saepius interpolatoris manus vel inde poterat agnosci, quod additamentum in optimis Suidae codicibus vel aberat vel in margine scriptum erat.[2]) Quare vix incusandus videtur Kaibel, quem animadverti semper haec testimonia in editione Athenaei prorsus neglexisse.

---

[1]) Nil ad rem refert quod ibi *Ἔφιππος* corrigendum est.

[2]) Ceterum cum Suidas scripserit saec. X. ineunti vel medio, codices vetustissimi A et V scripti sint saec. XII. vel XIII., satis amplum opinor relinquitur interpolatoribus spatium.

Sed caveamus ne praepropere iudicemus: res quam digna sit quae etiam accuratius investigetur spero fore ut appareat.

Sunt enim falsae Athenaei quas dicunt citationes in III. classis glossis, quae famositatem fere adeptae sunt apud viros dd. huius materiae studiosos: cf. Volkmann 'Diss.' p. 36/37, Flach 'Rh. M.' XXXV p. 200, Daub 'Stud.' p. 137. At ego contendo istas 'falsas citationes' omnino non falsas esse. Earum nonnullae quomodo explicandae sint cum iam hic illic annotaverimus (cf. gl. *Φίλιππος*), plus una tamen restat: Cap. III: III b β

s. v. *Θεόγνητος*. Cuius tabula ita exprimenda est:

Φάσμα ἢ Φιλάργυρος	III 104 c XV 671 bc
Φιλοδέσποτος	XIV 616 a
Κένταυρος	— — —

'Centaurum' fabulam Suidam 'addidisse' putat Daub 'de S.' p. 484[62], Lyncei fabulam fuisse docet Meineke 'hist. cr.' p. 487. Sed compilator neque Lyncei neque Timoclis fabulam *Κένταυρος* respexisse potest (Athen. IV 131 f VI 240 d): solitum enim neglexisset enumerandi ordinem. Verum tamen, id quod viros dd. fugit, dudum vidit Volkmann, 'Diss.' p. 37 docens Theognetum cum Theodorida confusum esse, cuius '*Κενταύρους*' affert Athen. XV 699 f. Neque iam quisquam de Sannyrionis vita (class. Ia, cf. p. 35) dubitabit; invenit compilator Athenaeum evolvens *Ἰώ* (VI 261 f) et *Γέλως* (VII 286 c XII 551 c) fabulas et adiecit '*ὡς Ἀθήναιος κτλ.*' Sed sunt aliae 'falsae citationes', quae prorsus videntur desperatae esse.

Sunt enim duae vitae, in quibus singuli Athenaei libri numeris citantur, cum tamen ea fabula, quam compilator respexisse putandus est, in Athenaei libro citato non inveniatur. Habet Suidas s. v. *Ἔριφος κωμικός.*

τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστιν	Athen.
Αἴολος	IV 134 c
Πελταστής	IV 137 d
Μελίβοια	III 84 bc VII 302 e XV 693 c

ὥς φησιν Ἀθ. ἐν τῷ ιδ' τῶν Δ. (omnes libri).

Corrigere voluerunt *ιδ'* numerum viri dd. ad unum omnes, velut *δ'* voluit Westermann coll. IV 134 et 137, *ιε'* Daub 'de S.' p. 483 coll. Athen. XV 693. Non recte; alia via temptanda est. Putandus enim est compilator solita ratione respexisse ad ultimum quem inspexerat Athenaei locum: multo autem veri similior videtur esse locus VII 302 e quam XV 693 c. Iam evolvamus Kaibelianam editionem et legamus quae disserit praef. p. XXI—XL de epitomatore qui Athenaei olim triginta libros in quindecim contraxit, et de lemmatibus uncialibus quae dicuntur litteris ad marginem codicis

nostri Marciani (saec. X) ascriptis: aperta est res. Invenit compilator Meliboeam fabulam ex Athen. VII 302e exscribens in codice perpaucis foliis ante ad VII 297c[1]) in margine ascriptum lemma (cf. Kaib. ad Ath. VII 297c) hoc: *ΤΩΝ ΕΙΣ Ᾱ ΤΕΛΟΣ ΤΟΥ ΓΙ, ΑΡΧΗ ΤΟΥ ΔΙ.* Ecce habes causam numeri *ιδ'*! Idem est error, quem commisit recentior manus in secundo folio codici Marciano postmodo praefixo titulum inscribens: *'Αθηναίου δειπνοσοφιστῶν βιβλ(ία) λ'* κτλ.; cf. Kaib. praef. p. VIII.

Ut ne minima quidem de hac ratione possit adesse dubitatio, alterum praesto est exemplum:

Διόδωρος καὶ αὐτὸς κωμικός.
τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστιν
Αὐλητρίς, ὡς Ἀθ. ἐν τῷ ι' τῶν Δ. λεγει. X 431 cd
ἐν δὲ τῷ ιβ' φησίν, ὅτι καὶ Ἐπίκληρος VI 235 de 239 a
(omnes libri) *καὶ Πανηγυρισταί.* — — —

Ubi pro *ιβ'* voluerunt *ς'* Reinesius Bernhardy Westermann, *β'* Daub 'de S.' p. 484.

Iterum habes sicut antea pro *ιδ'* dimidiatum numerum libri nunc VII., hic pro *ιβ'* dimidiatum numerum libri nunc VI., ad quem unum respexisse potest compilator.[2]) Iam legamus Kaib. praef. p. XXII ('cum iam in medio libro sexto libri duodecimi notam adscribere neglexisset' Marciani librarius): fuit quondam in medio libro sexto lemma *ΤΩΝ ΕΙΣ Ᾱ ΑΡΧΗ ΤΟΥ ΒΙ*, et quidem fuit ca. Ath. VI 235—239, ut ex hoc Suidae loco efficitur.[3]) Sed vide quonam sensim sine sensu perducti simus. Ubi enim fuit hoc lemma? Fuit in archetypo codicis Marciani nostri, unde huius librarius homo saeculi X. describere neglexit. Fixum igitur hoc est et sta-

---

[1]) Cadunt enim in unum cod. Marc. folium Kaibelianae editionis pp. fere $3^1/_2$ (velut Kaib. ed. vol. III p. 109—553 = cod. Marc. fol. 240—370, cf. praef. p. IX). Complent igitur Ath. VII 297c—302e (= Kaib. ed. pp. 12) Marciani folia fere $3^1/_2$.

[2]) Facillime praeter ceteros Schweighaeuser centum iam annis ante potuit invenire explicationem huius Suidae erroris quem putabat, cum de horum lemmatum quae omnia fere noverat natura dissereret ed. Athen. 1801 I praef. p. XIV sq.: eodem enim ipso loco (p. XIV[x]) de glossae *Διόδωρος* agit 'falsa citatione'. — Ceterum mireris fortasse, hic quidem extra consuetudinem primum Ath. librum X., tum VI. inspectum esse; sed vide quid doceat inusitata sententiae structura: *τῶν δραμάτων — λέγει.* | *ἐν δὲ . . ., ὅτι καὶ . . .*

[3]) Ibi non in duas aequales inter se partes bipertiri librum sextum qui vel paulum miratur, non legit is Kaibelii disputationem de epitomatore illo neque novit illius homunculi liberrimum arbitrium, quo in prooemiis imprimis singulorum librorum dialogum *τῶν δειπνοσοφιστῶν* plane oblitteravit; cf. etiam libri VII partitionem in p. 297 c: sunt pp. Kaibelianae 45 : 72.

bilitum: tabulas s. v. *Διόδωρος* et *Ἔριφος* compilator e codice Athenaei hausit qui archetypo Marciani ita similis erat ut ovum ovo; neque iam opus est monere de corruptelis illis insignibus, quas ipsas quoque manifestum est indidem in Suidam transmigrasse, velut s. vv. *Πλάτων*, *Φίλιππος*, *Εὔσχημος*. Qui autem legit Kaibelii praefationem, eum vividam imaginem eius archetypi animo concepisse necesse est: Fuit archetypon Constantinopoli quondam ut Marcianus, eoque praestantissimo libro multo etiam et vetustius et melius (cf. ex. gr. Kaib. praef. p. IX, X al.), uncialibus litteris ut videtur exaratum, lemmata in margine exhibens haud pauca (cf. Kaib. praef. p. XXI sq., XXXIX, al.), quibus breviter singulorum capitum argumenta indicebantur vel notabatur si quid notatu videbatur dignum. Quae lemmata librarius Marciani ab initio saepe, postmodo etiam saepius describere neglexit. Sunt autem illorum lemmatum, quae Marcianus nobis servavit, haud pauca mutila et sensu cassa, neque eo quo oportebat loco posita. Itaque nemo iam dubitabit de Casauboni coniectura, quam ad v. *Φίλιππος* commemoravimus: fuit ad Ath. VIII 359/60 in illo codice quo compilator utebatur *ΚΟΡΩΝΗ* et *ΚΟΡΩΝΙΣΤΑΙ* in margine notatum.[1]) Nunc vero tres quoque quae restant 'falsae citationes' optime et explicantur et hanc nostram rationem veram esse ipsae comprobant: *Πανηγυρισταί* fabula Diodori nobis ignota ex lemmate aliquo archetypi derivanda est (neque tamen propterea licet contendere verum esse titulum), ita ut Philetaeri '*Κέφαλος*' et verba in Platonis vita: '*ἔστι δὲ λαμπρὸς τὸν χαρακτῆρα — Πανηγυρισταί*'.[2]) Accedit quod ignoratur num his quoque sub additamentis fortasse talia vitia lateant, qualia ex. gr. apud Theogneti *Κέφαλος* fabulam annotavimus.

Fortasse autem nobis licebit etiam plura eruere. Rogatum enim velim lectorem benevolum, ut diligenter mecum hanc quae insequitur tabulam inspiciat. Ubi habes hic primae, illic tertiae nostrae classis vitas enumeratas omnes eas, in quibus fabularum tituli afferuntur. Sermonis autem figuras, quibus titulorum enumeratio incipitur, habes iuxta glossarum lemmata positas:

---

[1]) Foliorum codicis Marc. (Ven. 447) habes imagines publicatas a Dindorfio (Philol. XXX 1870 App.) et Wattenbach-Felsen, Exempla codd. Graecc. 1878 tab. XXIX, XXX, ubi etiam lemmatum illorum indoles optime pernosci potest.

[2]) Sunt autem lemmata omnia eidem illi epitomatori tribuenda, qui ea ex suo pleniore triginta librorum Athenaeo hausit, cf. Kaib. praef. p. XXXIX.

Classis I: vitae Hesychianae.

Ainikos Apollodoros Gel. Apollophanes Aristophanes* Diokles Dioxippos Hipparchos Menekrates Myrtilos Platon* Polyzelos Sophilos	*δράματα (δὲ*) αὐτοῦ (κη′)* (12)
Araros	*ἔστι δὲ τῶν δραμάτων αὐτοῦ*
Eupolis	*τὰ δὲ δράματα αὐτοῦ*
Heniochos	*ἔστι τῶν δραμάτων αὐτοῦ τάδε·*
Kallias	*οὗ δράματα*
Kantharos	*μνημονεύεται τούτου δράματα*
Kephisodoros	*ἔστιν αὐτοῦ τῶν δραμάτων*
Augeas Autokrates Nikochares	*τῶν δραμάτων αὐτοῦ*
Krates I	*δράματα δὲ αὐτοῦ εἰσιν ἕξ·*
Krates II	*φέρεται αὐτοῦ δράματα γ′·*
Leukon Metagenes* Strattis Chionides	*τῶν (δὲ*) δραμάτων αὐτοῦ ἐστι ταῦτα·*
Nikophon	*τῶν δραμάτων αὐτοῦ καὶ ταῦτα·*
Sannyrion Phrynichos	*δράματα δὲ αὐτοῦ ἐστι ταῦτα·*
Straton Timotheos Philonides	*τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἦν*
Phormos	*ἔγραψε δράματα ζ′, ἅ ἐστι ταῦτα·*
Philetairos	*δράματα [δὲ] αὐτοῦ κα′,*[1])
Philyllios	*τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστιν*

Iam videamus inde quae possint effici. Ac primum quidem apparet glossas quas dudum certa ratione discrevimus atque seiunximus, easdem nunc iterum eodem modo prorsus alia ratione segregari, cum praeter figuras *τῶν δραμάτων αὐτοῦ* et *τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστι ταῦτα* nulla unius classis figura in altera quoque inveniatur[2]): unde egregie ratio quam adhibuimus nunc altera et ea diversa confirmatur. Tum ex hac tabula unum pro certo efficitur, quod haud parvi momenti est; hoc dico: Quicunque mecum vitas illas 12 classis I. (*δράματα αὐτοῦ*) et vitas 25 classis III. (*τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστιν*) perlustraverit, is persuasum habebit utrasque proprium sibi et peculiarem vindicare auctorem. Statim igitur hoc contendere licet: '*δράματα αὐτοῦ*' semper epitomae est Hesychianae; figura autem '*τῶν δραμάτων αὐτοῦ*

[1]) *[ὧν ἐστι καὶ ταῦτα.]*

[2]) De Philyllio et Philetaero brevi agetur.

Classis III: dramatum tituli Athenaeo debentur. (1 et 2)

τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστιν (25)	Aristonymos Archedikos Diodoros (1) Epigenes Epilykos Epinikos (1) Eriphos Euangelos Euthykles Euphron Euschemos (2) Hegemon (2) Hegesippos Theognetos Theophilos Lysippos Mnesimachos (2) Nausikrates Xenarchos Sopatros *κωμ.* Telekleides (1) Timokles I, II (1) Philippos (2) Phoinikides
τῶν δραμάτων αὐτοῦ	Damoxenos
μέμνηται αὐτοῦ καὶ Ἀθήναιος ἐν τῷ β' βιβλίῳ τῶν Δ., φησὶ δὲ τῶν δραμάτων αὐτοῦ εἶναι ταῦτα·	Ophelion (1)
τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστι ταῦτα·	Chairemon
δράματα αὐτοῦ εἰσιν	Dexikrates
τούτου μέμνηται Ἀθήναιος ἐν β' Δ., λέγει δὲ ὅτι δράματα αὐτοῦ ἐστι	Nikostratos
τούτου δρᾶμά ἐστιν Ἡνίοχος	Polyeuktos (2)
τούτου ἐστὶ δρᾶμα Βακχίς	Sopatros *παρῳδ.* (2)
τούτου ἐστι δράματα καὶ κωμῳδίαι Πενθερά	Sophron *κωμ.* (2)
τούτου δράματά ἐστιν Ἀ. καὶ Ἀ. cf. p. 50[1].	Telestes (2) Philetairos

ἐστιν' epitomae nullo modo vindicari potest.[1]) Uni eidem-

[1]) Quae ratio quam certa et manifesta sit, apprime item docet tabula tragicorum omnium eorum, quorum fabulae enumerantur (quamquam mihi persuasi hic quoque saepius epitomatoris verba postmodo mutilata et mutata esse):

Vitae Hesychianae:

Apollodoros Astydamas *ὁ νέος* Diogenes Timesitheos	*δράματα αὐτοῦ* (5)
Euripides II	*δράματα αὐτοῦ ταῦτα·*
Thespis	*μνημονεύεται δὲ τῶν δραμάτων αὐτοῦ*
Kleophon	*τῶν δραμάτων αὐτοῦ*
Lykophron	*εἰσὶ δὲ αἱ τραγῳδίαι αὐτοῦ*
Nikomachos Alex.	*γράψας τραγῳδίας ια', ὧν καὶ αἵδε·*
Spintharos	*δράματα δὲ αὐτοῦ ἐστι ταῦτα·*
Phrynichos I (Wachsm. 'Symb.' p. 150)	*τραγῳδίαι δὲ αὐτοῦ εἰσιν ϑ' αὗται·*
Phrynichos II	*ἔστι δὲ τῶν δραμάτων αὐτοῦ καὶ τάδε·*
? Nikomachos II	? *τῶν δραμάτων ἐστὶν αὐτοῦ*

[verte!

que manui debentur hae 25 vitae, sicuti ex eodem fluxerunt Athenaei codice (cf. *Διόδωρος Ἔπιφος Φίλιππος Εὔσχημος Θεόγνητος — Πλάτων Φιλέταιρος*). Iam tandem aliquando Bernhardio satisfaciamus. Non enim, sicut Volkmann, Daub, Flach, Krumbacher putabant, vir egregius falsus erat; nam si cuiquam, non Suidae, sed interpolatoribus, et quidem Suidae interpolatoribus has 25 vitas vindicandas esse cum iam supra saepius apparuit tum ex his indiciis cognoscitur: reputes velim quae de glossis *Ἡγήμων Ἡγήσιππος* p. 45 monuimus; nonne interpolatorem Suidae lexici tenemus? Aut examinemus gl. *Ἀριστώνυμος*: mirum in modum glossam s. v. *Ἀριστοφάνης Βυζάντιος* in duas partes discidit. Tales autem turbae non Suidae, sed interpolatori debentur, qui Suidae codici Aristonymi vitam inserebat; unde postmodo librarius quidam omnia prout oculis se offerebant fideliter depinxit. Haud tamen multo tempore post Suidam fuisse interpolatorem (cf. p. 46[2]), ex iis quoque intellegitur, quae de codice horum additamentorum fonte eruimus. Nam antiquitatem et indolem illius codicis Byzantii qui reputaverit, quique recogitaverit illorum saeculorum homines plerumque abhorruisse a codicibus et aetate et scriptura ab ipsorum qui illis erant usuri aetate et scriptura alienis, is interpolatorem haud multo post Suidam, saeculi X. hominem, fuisse intelleget. Tenemus igitur Suidae interpolatorem, qui aut plenae vitae Hesychianae (cf. ex. gr. *Πλάτων*) aut soli quod invenit lemmati (cf. ex. gr. *Τιμοκλῆς*) titulos subtexuit aut totos articulos (cf. ex. gr. *Εὔσχημος*) ex Athenaeo compilavit.

Apud Philyllium cum sermonis figura in tabula eiusdem illius interpolatoris manum indicare videatur, vita inspecta indici fabularum alphabetico Hesychiano subtextos videmus titulos *Ἀταλάντη*, *Ἑλένη*: ecce nonne tenemus homuncionem? Neque quicquam refert eas fabulas in nostro Athenaeo non inveniri: respicias velim eiusdem poetae apud Athenaeum fragmenta 'fabularum incertarum',[1]) quaeque de lemmatis archetypi Athenaei disseruimus. Item denique cum tota ratione egregie concinit figura dicendi s. v. *Φιλέταιρος*. Dixi autem hoc quod e tabula eruimus haud parvi esse momenti: hac enim via tandem aliquando certe demon-

---

Vita Hesychiana,
cui ex Athenaeo fabularum tituli subtexti sunt:

Karkinos II ... *δράματα ἐδιδαξεν ρξ, ἐνίκησε δὲ α'. ἤκμαζε* ...	*τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστιν Ἀχιλλεύς, Σεμέλη ἢ Ἀρχή, ὡς Ἀθ. κτλ.* (V 189 d, XIII 559 f) Cf. Volkm. 'Diss.' p. 34.

[1]) Usus est interpolator, ut iam monuimus, pleno quindecim librorum Athenaeo.

stratur, ex. gr. s. v. *Αἴνικος*, *Εὔπολις* nos epitomatorem Hesychianum tenere, qui longiorem dramatum seriem describere supersedit; id quod quamvis supra p. 38 cum Wentzelio contenderimus scitu dignissimum, nemodum tamen adhuc demonstravit. Item inde apparet optimo iure nos glossas s. v. *Μενεκράτης* et *Πολύζηλος* (*'δράματα αὐτοῦ'*) epitomae attribuisse (p. 35), cum Athenaeo deberi non possent; item ratio illa Wentzelii optime confirmatur, quam de ordine homonymorum in epitoma Hesychii sagacissime statuit: cf. vv. *Ἵππαρχος*, *Μενεκράτης*: *Φίλιππος*. Lemma autem cum tale: (*Μενεκράτης*) *κωμικός*. epitomae vindicandum sit, iterum videmus Daubium nil inde debuisse concludere de Suida auctore glossae.[1]) Sic igitur semper in hac tota materia implicata et difficillima perspectu aliud argumentum alterum fulcit. Sunt autem alia quoque, quae e nostra tabula non efficiantur, sed etiam melius intellegantur. Velut conferas glossas *Εὔσχημος* — *Πολύζηλος* — *Σώφρων κωμ.* cum glossis (*Ἔφιππος*) — *Ἡνίοχος* — (*Σώφρων Συρακ.*): habes hic Hesychium, illic Suidae interpolatorem aut interpolatores; interpolatores inquam, quia glossae ex. gr. s. v. *Πολύζηλος, Σώφρων κωμ., Σώπατρος παρῳδ.* an eidem interpolatori atque 25 illae vitae tribuendae sint certum non est.

'Quaestio' autem 'difficillima' illa Flachii (cf. ed. Hes. p. LIX), quod et Hesychius et Suidas ex Athenaeo doctrinam suam hauserint, tandem aliquando ita absoluta est, ut neque Suidam neque Hesychium in comicorum vitis Athenaeo usos esse statuendum sit. Hoc enim haud pro certo nobis licuisset affirmare, Hesychium, cum annis fere 500—520 scripsisset,[2]) editionem Athenaei in quindecim libros partitam omnino nondum potuisse cognitam habere. Nam mea quidem sententia hoc Kaibel praef. Athen. p. XXXVIII sq. demonstravit, primam illam Athenaei epitomen haud post saec. VII. scriptam esse; sed saeculo V. ineunti eam recentiorem esse, hoc non demonstravit.[3])

Restat ut perpauca dicamus de quattuor quae solae restant glossis. Cap. III: IV

Μένιππος κωμικός. τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστι Κέρκωπες καὶ ἄλλα. Interpolatoris est articulus. Meineke 'hist. cr.' p. 494 putat Menippum ex Hermippi nomine detortum, cuius fabula *Κέρκ.* notissima sit.

---

[1]) cf. p. 39.

[2]) Wentzel, 'Herm.' XXXIII p. 311. — Scholia Platonica Mettauer ('De Plat. schol. fontibus,' Zürich 1880) docet paulo post a. 529 conglutinata esse, quod sumere aetas Hesychii minime vetat. Haud igitur recte iudicavit Flach ed. Hes. p. XVII. Hoc quoque inde certum est (id quod ipse Flach p. XVII suspicatus est), Onomatologo, non epitomae, scholia Platonica deberi.

[3]) De aetate Stephani Byzantii cf. nunc Wentzel ibid.

Βάτων κωμικός. δράματα αὐτοῦ Συνεξαπατῶν, Ἀνδροφόνος, Εὐεργέται. Epitomae articulus tribuendus est. Neque enim e fabularum tabula quicquam concludere licet,[1]) neque quisquam harum rerum peritus mirabitur, quas fabulas noverit Hesychius, easdem ipsas legisse Athenaeum.

Ἐπικράτης κωμικός. τῶν δραμάτων αὐτοῦ Ἔμπορος καὶ Ἀντιλαίς. Nil certi de huius articuli auctore dicere licet. Quamquam cum Athenaeus has fabulas commemoret: fab. inc. II 59 d XI 782 f *Λύσπρατος* VI 262 de *Ἀμαζόνες* X 422 f *Ἀντιλαίς XIII* 570 b 605 e *Ἔμπορος XIV* 655 f *Τριόδους ἢ Ῥωποπώλης* XV 609 f, epitomae articulum tribuere malim.

Φιλίσκος κωμικός. τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστιν Ἄδωνις, Διὸς γοναί, Θεμιστοκλῆς, Ὄλυμπος, Πανὸς γοναί, Ἑρμοῦ καὶ Ἀφροδίτης γοναί, Ἀρτέμιδος καὶ Ἀπόλλωνος. Quasi umbra articuli Hesychiani dignoscitur in ordine alphabetico (Wachsmuth 'Symb.' p. 151, Flach ed. Hes. p. LVIII). Interpolatoris autem turbas tria indicia indicant: primum tragicum re vera poetam esse (cf. s. v. *Χαιρήμων*) dudum 'valde veritus est' Meineke, 'hist. cr.' p. 423/24; tum respicias velim turbas ordinis alphabetici, denique sermonis figuram '*τῶν δραμ. κτλ.*'

Iam absolvimus quaestionem sane multifariis difficultatibus molestarumque minutiarum innumerabilitate impeditam: neque usque eo difficiles ac morosi sumus, ut non hoc speremus atque confidamus libenter esse lectorem concessurum, ad naturam atque originem Suidae biographicorum recte investigandam et intellegendam aliqua nos contribuisse, imprimis si viam ac rationem respicias quae in tali quaestione adhibenda sit. E proximo autem capite poterit intellegi haec omnia quam subtilissime fuisse inquirenda et quasi omnes copias fuisse contrahendas ad unam tenuem sed eam firmissimam arcem oppugnandam: articulum dico Suidae s. v. *Τιμοκλῆς,* ad quem statim transgrediendum erit. Unum addo: glossas s. v. *Σώφιλος Τιμόθεος Ἡνίοχος Στράτων Αὐγέας,* item glossas s. v. *Ἀριστομένης Φρύνιχος* Hesychii esse ex omnibus quae demonstravimus certum est. Iam cum illae priores exhibeant '*κωμικὸς τῆς μέσης κωμῳδίας*', hae autem duae '*κωμ. τῶν ἐπιδευτέρων τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας*,' inde is, qui de auctoribus ipsius Hesychii quaeret, fortasse ansam sibi poterit parare. Si enim vera sunt, quae eruisse sibi videtur Kaibel ('Zur attisch. Kom.', Herm. XXIV 1889 p. 56 sq.), Graecorum comoediam bipartitam, item bipartitam antiquam comoediam

---

[1]) *Συνεξαπατῶν* III 103 b VII 279 a XV 678 f; *Ἀνδροφόνος* IV 163 b VII 279 c; *Εὐεργέται* XIV 662 c.

Pergamenis grammaticis, Alexandrinis autem tripartitam comoediam Graecam esse vindicandam, Hesychiana doctrina simul et a Pergamenis et ab Alexandrinis derivanda est. Et hoc quidem esse aliquid nemo ignorabit, qui pernovit quantopere in quaestione quae est de auctoribus ipsius Hesychii incerta vacillent omnia.[1])

---

[1]) cf. nunc etiam R. Daebritz, 'De Artemidoro Strabonis auctore,' Diss. Lips. 1905, p. 66 sq.

CAPUT IV.

TIMOCLES.

Qui attente perlegit, quae p. 40 sq. protulimus, eum sensisse necesse est nos, cum duo lemmata *Τιμοκλῆς* — *Τιμοκλῆς ἕτερος* Hesychii epitomae vindicavimus, tetigisse quaestionem subtilissimam. Si enim vera sunt quae disputavimus: quo tandem modo, cum unus Timocles comicus nobis notus sit, duplex lemma explicandum est? Falsane sunt omnia quae eruimus? An hic quoque sicut in similibus glossis, latet error Hesychii, Suidae, interpolatoris, quos sescenties errasse constat?

Cap. IV: a Et est quidem hoc proximum, quod nobis inquirendum erit: quid e similibus Suidae glossis de nostra cognosci possit.

Constat enim saepe apud Suidam cum complures vitas (sive eiusdem hominis sive diversorum) in unam confusas esse, tum ab altera parte saepe complures vitas inveniri, quae ad unum eundemque hominem spectent. Huiuscemodi de glossis cum mihi persuaserim viros dd. saepe iudicium tulisse neque certam neque veram rationem secutos, paulo fusius de hac re mihi disserendum et specimen operae quam huic rei navavi proferendum est.[1]) Multo enim subtilius quam adhuc factum est illius modi glossae in singulas classes segregandae sunt.

Inveniuntur autem

1. tales glossae, in quibus unius vel nonnullorum hominum cognominium vitae vel scripta commixta sunt; sescenties hoc factum est apud Suidam, neque omnino fere opus est hoc monere; velut vide glossas *Ἀχιλλεὺς [Σ]Τάτιος, Ἀσκληπιάδης, Ἡγήμων, Ἡγήσιππος, Θέογνις, Κεφαλίων, Κλήμης, Λέων, Μαρσύας, Μέλητος* II, *Πάμφιλος, Πωλίων, Σκύλαξ, Σέξτος Χαιρων., Φιλιστίων, Φιλίστος* al.[2])

---

[1]) Noli tamen opinari me totam quaestionem absolvere velle: seorsum enim ea posset libellus compleri. Attamen est tractatu dignissima; fieri enim non potest quin huiuscemodi glossis omnibus collectis, dispositis, explicatis multa de Hesychii, epitomatoris, Suidae, interpolatorum ratione melius cognoscantur.

[2]) Consulto nunquam, cum graviora nostra intersint, annotavi ubi viri dd. de his glossis sententias protulerint. Eorum locorum maximam partem indicatam habes in editione Flachiana.

2. satis saepe tales glossae, quae una iuxta alteram (raro sub diversis litteris initialibus) positae ad unum eundemque hominem spectant, quamvis hoc nunquam ullo vocabulo lectori indicetur; vide glossas *Ἀρχέδικος, Διογένης* (cynic.), *Εἰρήναιος-Πάκατος, Μέλητος, Νικόλαος ῥήτωρ, Νικόμαχος, Οὐλπιανός, Πύρρων, Σαπφώ, Σώπατρος παρῳδ., Σώφρων, Σωτηρίδας, Σντράτων γεωγρ., Τίμων ὁ μισ., Τρυφιόδωρος, Φερεκύδης Ἀθ.-Λέρ., Φρύνιχος τραγ., Ὠρίων* al.

3. paulo rarius tales, ubi diversi homines homonymi rectissime vocabulo *ἕτερος* distinguuntur; quarum glossarum has collegi: *Ἀλκιμένης, Ἀντίμαχος, Ἀπολλώνιος Τυανεύς, Ἀντιφάνης Ἀθην., Θεόκριτος,*[1]) *Καρνεάδης, Καρκῖνος, Φιλοκλῆς,*[2]) *Χαιρήμων.*

Quibuscum conferendae tales sunt velut *Ἀστυδάμας, Εὐριπίδης* (tres diversi) al., ubi *πρεσβύτερος νεώτερος* similia rectissime leguntur.

4. rarissime tales *ὁμωνύμων* vitae, quae gravissimam viris dd. moverunt suspicionem voces *νεώτερος, δεύτερος* sim. consulto et quidem perperam additas esse (plerumque ab ipso Hesychio), quamvis hae quoque vitae non aliter atque eae quas sub 2 posuimus ad unum spectent hominem; quas perpaucas glossas quoad potui collegi: *Δίδυμος, Ἔφορος, Μελανιππίδης, Παναίτιος, Πίνδαρος, Πρόκλος Μαλλώτης, Σωρανός.*

5. tres in toto Suidae lexico potui indagare glossas, ubi 'ἕτερος' illud a nescio quo consulto et quidem perperam additum esse ab omni parte planum et manifestum est, glossas dico s. v. *Ἀλκμάν, Διογενειανός, Φίλιππος σοφιστής* (in solo cod. A).

Ad 2: Statim unum moneo: saepe apud viros dd. legi Hesychium vel Suidam 'effinxisse' vitas (cf. ex. gr. Flach ed. Hes. p. XXII) vel 'glossam commenticiam esse.' Quid tandem haec sibi volunt? Erraverunt sane sescenties Hesychius et alii post eum; at num propterea possunt hae vitae pro 'fictis et commenticiis' haberi? Semper enim causa, cur duplices glossae exortae sint, facile dignoscitur: diversitas cognominum et *ἐθνικῶν* et scriptorum hominis ipsius, de quo in glossis agitur; diversitas fontium, in quibus Hesychius (epitomator, Suidas) eundem hominem inveniebant tractatum; fons male intellectus vel glossa marginalis perperam adhibita; diversitas ipsorum eorum, qui glossas unus post alterum hic illic addiderunt necopinantes eodem loco, ubi glossa ex ordine litterarum adicienda erat, de eodem homine iam agi.

Ad 3: Contendo hoc: hae glossae ad unam omnes Hesychii

---

[1]) Librorum confusio nil refert.
[2]) cf. Dittenberger 'Syll.' 696, 23.

epitomae vindicandae sunt, id quod post omnia quae disseruimus (cf. Cap. III, 1.) haud facile quisquam infitiabitur, qui eas perlustraverit.[1])

Ad 4: Si vera est multorum virorum dd. sententia, perperam et stulte in his omnibus glossis vocabula 'νεώτερος, δεύτερος, θυγατριδοῦς' sim. addita esse neque diversos homines distinguendos esse, hoc tamen recte omnes (Flach ed. Hes. p. XXII[1], Krause p. 10[3]) putaverunt, Hesychii, non Suidae huiuscemodi errores esse.[2])

Inde igitur, neque minus ex glossis sub 3 positis, ubi eodem modo ἕτερος verissimum illud epitomae tribuendum est, haec ratio efficitur, ut ubicunque ἕτερος vocabulum apud Suidam legimus, semper fere **epitomen** agnoscamus. Denuo igitur apparet, iure ac recte nos Timoclis duplex lemma epitomae vindicasse.

Sitne autem omnino vera virorum dd. de glossis sub 4 positis suspicio necne, hoc quaerendum est, cum multo saepius (cf. glossas sub 3 pos.) 'ἕτερος, νεώτερος' sim. in eadem epitoma rectissime se habeant. Neque iam defuerunt, qui dissentirent;[3]) atque nuperrime luculenter apparuit quam periculosa audaxque sit ista virorum dd. ratio. Longissime enim omnium in ea processerat Kaibel, vitas Ἀπολλόδωρος Ἀθ. — Γελ. ad eundem hominem spectare contendens. At optime eum redarguit Krause p. 6 sq. Satis habeo afferre, quae p. 13 rectissime de glossis s. v. Ἀστυδάμας dicit: 'Supplent vitae altera alteram. Habemus ut in Apollodororum vitis in priore numeros fabularum et victoriarum, in posteriore indicem fabularum; et nisi verbis ὁ πρεσβύτης et ὁ νέος υἱὸς τοῦ προτέρου impediremur, unum tantummodo fuisse Astydamantem crederemus. Sed duos fuisse Astydamantes firmatur etiam Schol. Ar. Av. 281 (cf. Boeckh Marm. Par. ep. 67, C.J.G. II p. 321). Ceterum tertius Astydamas trag. commemoratur C.J.A. II 551 v. 38.'

Nihilominus libenter is, qui has glossas sub 4 positas examinaverit, censebit mecum, in universum de his perpaucis glossis recte censuisse viros dd. Cum enim talis error s. v. Ἀλκμάν, Διογενειανός, Φίλιππος σοφ. manifestus sit, potest etiam alicubi latere. Sed hoc addo: si vera sunt, quae Rohde 'Rh. M.' XXXIII

---

[1]) De uno Chaeremone possis dubitare, cum fabulae Athenaeo debeantur; sed hic quoque mihi persuasi genuinam vitam Hesychianam oblitteratam esse, cf. p. 50/51, 32[1], 54.

[2]) Suidae quam unam atque solam glossam tribuit Krause (Μένανδρος), in eadem ipsa eum errasse brevi demonstraturus sum.

[3]) cf. ex. gr. de Cratete Mein. 'hist. cr.' p. 58 et Fritzsche 'Quaest. Aristoph.' I p. 239. — De Sorano Daub 'de S.' p. 439.

p. 213 sq. de glossis s. v. *Μελανιππίδης* disputavit, chronographi tamen alicuius, non Hesychii est error.

Iam vero ex omnibus hoc opinor apparet: Hesychius aut epitomator sescenties diversas glossas in unam confuderunt, saepissime complures de eodem homine glossas inscii unam posuerunt iuxta alteram, saepius ubi diversos homines agnoscebant, rectissime *ὁμωνύμους* voce 'ἕτερος' sim. distinxerunt; at rarissime apud eundem hominem ipsi vocabulum *ἕτερος* sim. perperam addiderunt.

Itaque alteram post primam illam effecimus rationem: antequam *ἕτερος* illud epitomae perperam positum esse sumamus, iterum iterumque causa, cur positum sit, circumspicienda est.

Quae omnia si in universum recte a me statuta sunt, valeant etiam necesse est in comicorum vitis, quae huc pertinent: s. v. *Μένανδρος, Κράτης, Τιμοκλῆς* (de Antiphane cf. p. 33[4.5]). 'Fictas, commenticias, inane grammaticorum inventum' has glossas esse putant Meineke, Bernhardy, Flach ('fortasse,') Rohde,[1]) Daub, Bergk,[2]) Krause,[3]) alii quantum scio omnes. At ego contendo hoc ab omni parte rationi repugnare. Vide glossam *Μένανδρος Ἀθηναῖος κωμικὸς ἀρχαῖος*: epitomae est glossa, h. e. ipsius Hesychii. Omnia recte se habent, ne minima quidem causa suspicionis. Cf. ordinem Wentzelii: habes *Μέν. κωμ. ἀρχ.* — *Μέν. ἕτερος, κωμ. τῆς νέας κωμ.* — *Μέν. σοφιστής.* — *Μέν. ἱστορικός*; cf. glossas ipsas quoque Hesychianas s. v. *Ἀπολλοφάνης Ἀθηναῖος κωμικὸς ἀρχαῖος, Ἄρχιππος, Αὐτοκράτης, Διοκλῆς, Φιλωνίδης*: eodem ipso modo conformatae sunt. Cur autem voluerunt viri dd. Hesychii fidei optimae obtrectare, quam e fontibus vetustissimis et limpidissimis fluxisse constat? Propter unum *ὁμώνυμον*? Quasi non tres Astydamantes tragici, tres Philemones comici[4]) sint discernendi, ut de permultis ceteris velut Philocle, Carcino, Euripide aliis taceam. An propterea, quod unus Hesychius illum Menandrum cognitum habuit? Quasi non plurimi comici inveniantur (imprimis in inscriptionibus), de quibus nil nisi nomen compertum habeamus. An fortasse hoc putemus, fuisse quondam grammaticum, quem quasi puerulus gaudet copia lapidum variorum collecta, ita iuverit novum *Μένανδρον Ἀθηναῖον κωμικὸν ἀρχαῖον* sibi fingere? Itaque secundum vetustam Hesychii doctrinam Menander antiquae comoediae poeta in honorem suum restituendus est.

---

[1]) 'Rh. M.' XXXIII p. 214.
[2]) 'Griech. Litt.' I p. 294[54].
[3]) p. 10[3].
[4]) cf. Krause p. 34.

De Cratete vix unquam certi quicquam eruetur. Hesychii autem est articulus; vide ordinem fabularum alphabeticum, et cf. cum figura 'φέρεται αὐτοῦ δράματα γ'' figuras s. v. *Θέσπις*, *Κάνθαρος*. Praeterea cum hic ἕτερος in cod. A desit, facile hanc glossam possis sub 2 collocare.

Venimus ad Timoclem. Epitomae est duplex lemma; constat etiam centies ἕτερος illud pro recto et vero esse putandum causamque, cur positum sit, anquirendam, priusquam de vitio cogitemus. Suntne hic quoque duo cognomines comici distinguendi? Quid? Quod Bergk harum profecto rerum ante omnes peritus de Timocle haec contendit ('Griech. Litt.' IV p. 163[161]): 'Tim. war übrigens auch noch nach Menander und Philemon thätig.' Nonne haec si recte se haberent, cum iam ca. a. 345 Timoclem fabulas docuisse pro certo demonstrari possit, acta res esset et omni nostra ratione egregie confirmata duo comici cognomines essent distinguendi? Cum autem Bergk sententiae suae argumentum addiderit nullum, magnopere nostra interest quam studiosissime diligentissimeque omnia perscrutari, ut quo iure Bergk illa contenderit demonstremus.

Cap. IV: b E fragmentis igitur fabularum haec possunt erui:[1])

Ad ea quae tradit Plutarchus Mor. 845 b de Demosthene ab Antiphane et Timocle illuso, recte annotat Meineke p. 429, haec ad priora Demosthenis tempora spectare.

'Sappho' fabulam (II 464 K) propter Misgolae irrisionem eidem fere tempori atque Alexidis Agonida assignandam et paulo post a. 345 doctam esse Meineke docuit p. 386/7; 429. Cf. p. 25 h. d.

De 'Heroum' et 'Icariorum' tempore (ca. 342) cf. p. 25 sq. Vix opus est cum Kockio ad frgm. 15, ubi Hyperides illuditur, monere ibi 'Harpali pecuniam significari non posse, siquidem eo tempore Pythionice iam diu mortua erat.' Neque ipse Athenaeus VIII 342 a fragmentum ita intellegi voluit; citat enim fragmentum non 'τοὺς παρὰ Ἁρπάλου δωροδοκήσαντας', sed Hyperidis 'ὀψοφαγίαν' commemorans.

'Καννίων' autem (frgm. 18 K) illa 'οὐκ ἀπεκαρτέρησε γὰρ — ἐκεῖνος, ἀλλ' ἐκαρτέρησε . . . πεινῶν' ipsa quoque huc spectare haud leviter conicias, cf. p. 27.

Eidem in universum tempori iure 'Λήθη' erit tribuenda (frgm. 21 K): hic quoque, sicut in 'Icariis,' habes et Telemachum oratorem 'κυάμων χύτρας ἀεὶ σιτούμενον' et Chaerephili salmentarii filium eodem iterum modo illusos.

---

[1]) cf. p. 28/29.

'Orestautoclidem' intra annos 335 et 330 doctam esse supra p. 14 sq. demonstravimus.

'Neaerae', 'Polypragmonis', 'Dionysi' fabularum tempora satis habemus ita in universum adumbrare, ut annis fere 340—30 eas scriptas esse contendamus. In prima enim fabula habes Neaeram et Phrynen meretrices famosissimas; in altera Callimedontem oratorem, quem Demosthenis aequalem fuisse constat quemque paulo post a. 345 in Antiphanis 'Piscatrice' vidimus illusum;[1]) in tertia Telemachum illum demagogum Cephisodori oratoris aequalem, cf. 'Icarios.'

'*Δῆλον*' notum est actam esse a. fere 324, cum in frgm. 4 K '*οἱ παρὰ Ἁρπάλου δωροδοκήσαντες*' enumerentur Demosthenes, Moerocles, Demo, Callisthenes, Hyperides.

De 'Demosatyris' intra annos 321—16/5 scripta cf. supra p. 19.

In 'Philodicastae' fragmento (32 K) introducitur *ὁ γυναικονόμος ἐφοδεύων καὶ τὰς οἰκίας ἐξετάζων καὶ τὸν τῶν ἑστιωμένων ἀριθμὸν λαβὼν κατὰ τὸν νόμον τὸν καινόν.* De tempore quo hi magistratus constituti sint, ultimus quantum video iudicium tulit Martini, 'Pauly-Wiss.' IV 2826. Quamquam huius quaestionis non tam nostra interest quam illius, quaenam nova illa fuerit lex, quandoque data sit. Menander autem in 'Cecryphalo' (frgm. 272 K) nescioquem facit advenientem, qui audivit

'παρὰ τοῖς γυναικονόμοις . . . τοὺς ἐν τοῖς γάμοις
διακονοῦντας ἀπογεγράφθαι . . .
πάντας μαγείρους κατὰ νόμον καινόν τινα,
ἵνα πυθάνωνται τοὺς κεκλημένους, ἐὰν
πλείους τις ὧν ἔξεστιν ἑστιῶν τύχῃ'.

Ad eandem legem fragmenta respiciunt; Menandreum cum ante a. 323 nullo modo potuerit scribi, utramque fabulam post hunc annum doctam esse necesse est. Atque ultra progredi velim. Secundum ea, quae Boeckh 'Kl. Schrift.' V p. 421 sq. et Spangenberg 'De Athen. publ. inst. aet. Mac. comm.' Halle 1884 p. 12 exposuerunt, *καινὸς* ille *νόμος* a Demetrio Phalereo datus erat. '*Φιλοδικαστής*' igitur Timoclis sicut Menandri 'Cecryphalus' eodem fere tempore scriptae sunt non ante a. 317, quo Demetrius Phalereus constitutus est.[2])

Ex omnibus, quae protulimus, apparet temporis spatium, quo Timocles fabulas docuit, minimum annis fere 345 et 315 esse terminandum. E reliquis autem fragmentis paucis prorsus nihil

---

[1]) cf. Athen. VIII 339/40, ubi Antiphanes iterum et Eubulus, Alexis, Philemon eum commemorant.

[2]) cf. Niese I p. 247.

potest effici, nisi quod '*Ἐπιστολάς*' et '*Ἐπιχαιρέκακον*', ubi Chaerephon et Corydus vellicantur.[1]) in illud ipsum spatium incidere notandum est. Idem statuendum est de una quam reportavit Timocles victoria lenaica. Cum enim in catalogo 977 g paenultimus sit Timocles ante Menandrum omnesque circa eum poetae unam victoriam reportaverint, statim ex iis quae supra p. 18 de Menandri victoria lenaica prima docuimus, apparet Timoclis victoriam non ante a. 325, vix post a. 323 collocandam esse. Neque mirum debet videri viginti fere annis post, quam primas fabulas docuerat, Timoclem hanc suam victoriam reportasse: velut Philemon primum *ἐν ἄστει* vicit 36 annos natus, primam autem victoriam lenaicam rettulit minimum 42um annum agens.[2])

Iam satis Timoclis aetatem definivimus omnia anquirentes. Mirum autem in modum spem nostram elusit fortuna, sive Bergkium mavis: ista enim de aetate poetae necesse est nescio qua animi caecitate adductum scripsisse virum egregium. Denuo igitur fere desperantes aenigma illud '*Τιμοκλῆς ἕτερος*' exsistere videmus.

Cap. IV: c Attamen a tota nostra ratione desciscere non debemus, qua cogebamur putare uti semper fere ita hoc quoque loco recte et aliquo iure duplex lemma in epitoma Hesychii positum fuisse. Caveamus igitur ne capitis damnemus: explicare potius studeamus.

Et praebet explicationem ni fallor locus Athenaei IX 407 d, ubi haec leguntur: *Τιμοκλῆς ὁ τῆς κωμῳδίας ποιητής (ἦν δὲ καὶ τραγῳδίας) ἐν μὲν δράματι Λήθῃ φησί κτλ.* Quid? Distinxit igitur Athenaeus comoediae et tragoediae poetam. Quaestionem autem unusne re vera homo fuerit, sicut Wilamowitz putat, an duo, eam infra tractabimus. Hic illud scire nostra interest, egregiam esse Athenaei doctrinam: e tragica enim didascalia C. J. A. II 973 (= Dittenb. 'Syll.' II 696) novimus anno 341/0 Timoclem quendam poetam tragicum Lycurgo fabula satyrica vicisse. Et hac quidem ratione si aenigma nostrum putamus posse solvi, iam non conicere, sed corrigere et verum restituere nobis videmur. Athenaeum enim 'tres auctores eosque gravissimos consuluisse, Callimachi, Aristophanis, Pergamenorum grammaticorum *πίνακας*,' hoc dudum docuit Daub 'de S.' p. 485,[3]) et indidem Athenaei de Timocle

---

[1]) De quorum aetate cf. p. 15/16.

[2]) cf. etiam Capps, 'The introd.' p. 23: Kratinos won a Lenaean victory much later than his first victory at the Dionysia. Neque igitur Krause, cum eruisset duos Apollodoros primas victorias reportasse annis fere 318 et 285, indidem debuit concludere primas quoque fabulas eodem tempore eos docuisse.

[3]) cf. Wentzel, 'Pauly-Wiss.' II 2033 'eine pinakographische Quelle.'

comico et tragico doctrinam fluxisse persuasum habet Wilamowitz 'ind. Gott.' p. 23; item ab altera parte dudum inter omnes constat de Hesychianae doctrinae limpidissimis fontibus, eorundem illorum scilicet grammaticorum *πίναξιν*,[1]) nosque ipsi supra p. 54 et Alexandrinae et Pergamenae doctrinae vestigia in comicorum vitis deteximus: iam quivis libenter assentietur, si ita aenigma nostrum solvemus, ut in epitoma Hesychii duo lemmata ita fere scripta fuisse sumamus:

Τιμοκλῆς Ἀθηναῖος κωμικός
Τιμοκλῆς ἕτερος τραγικός, sicut etiam nunc ex. gr. habemus mera lemmata:

Ἀλκιμένης Μεγαρεύς τραγικός
ἔστι δὲ καὶ ἕτερος Ἀλκιμένης Ἀθηναῖος κωμικός.

Itaque nunc etiam planius turbas illas (cf. p. 42 sq.) dignoscimus lectorum et librariorum culpa exortas: postmodo fabularum indicem lector Suidae codici inseruit; quem indicem, cum primi lemmatis spatium ut necesse erat egrederetur, librarius quidam postea ita discidit, ut fideliter omnia depingeret prout singuli tituli hic illic chartis illusi oculis se offerebant.[2]) Aliis fortasse deinceps repetitum illud '*τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστιν*'[3]) et verba '*καὶ αὐτὸς κωμικός*' debentur: 'nonnunquam ex diversis vitis talia confusa esse' Flach docuit ed. Hes. p. XXI; et conferas velim quae de Chaeremone et Philisco monuimus, ubi *κωμικός* pro vero *τραγικός* legitur in omnibus libris; nec non ea, quae dicit Daub 'Stud.' p. 97 ad v. *Διογενειανός*: 'diese Stelle liefert ein significantes Beispiel dafür, dass ein solches '*καὶ αὐτός*' vielfach erst von Suidas beigesetzt wurde.'

Restat ut disserendum esse videatur de Wilamowitzii sententia, qui 'ind. Gott.' p. 23 contendit atque persuasum habet Cap. IV: d

---

[1]) cf. etiam Capps, 'The introd.' p. 5[5]. 12. 14.

[2]) Prorsus idem supra p. 52 s. v. *Ἀριστοφάνης Βυζάντιος* factum esse vidimus. Nicostrati quoque tabulam (p. 43) et Philetaeri (p. 36) ab una parte liceat in memoriam revocare, ab altera Sopatri com. (p. 39): hic ordo non turbatus est; brevis fuit index, totusque articulus cum ipso lemmate (lemma in epitomae *ὁμωνύμων* ordinem Wentzelianum non quadrat) in margine Suidae ascriptus erat. Illic ordo est turbatus: satis ampli sunt indices, vita autem vel lemma epitomae praesto erat, spatium deficiebat. Etiam nunc ante oculos video paginam archetypi illius Suidiani s. v. *Νικόστρατος*, neque iam quisquam artificiose sumet 'bis (Suidam) Athenaeum perlustrasse': ultimum rite exscribens interpolator '*Πατριώτης*' (neglegenter pro '*Πατριῶται*') titulum discidit, cum '*πατρι*' angustissime exaravisset; seorsum postmodo alius librarius '*ώτης*' legens fideliter titulum depinxit ridiculum.

[3]) cf. etiam s. v. *Καρκῖνος* p. 51[1], *Φιλέταιρος* p. 50/51.

Timoclem comicum et tragicum unum eundemque fuisse hominem.

Obiter oblocutus est Wilamowitzio Kaibel amicissimus eo loco, ubi talia minime exspectes, cf. ed. Athen. vol. III p. VIII. Sed ne uno quidem argumento prolato vir primarius sententiam suam memorasse satis habuit, 'quoniam breviter Wilamowitzio responderi non posset.' Itaque suam nuper iterare libuit Wilamowitzio, cf. 'Jahrb.' p. 515.

Ac primum quidem non debuit Wilamowitz apud Athen. VIII 339 d (frgm. 17 K) ionicos Timoclis incertissima et artificiosa coniectura primum restituere velle, tum Nauckium inculpare quod 'Icarios' non recepit. Deinde hoc contendit: 'Athenaeus IX 407 f Icarios ... satyricam fuisse diserte dicit.' Habet sane Athenaeus '*ἐν δ' Ἰκαρίοις Σατύροις*' (scil. *Τιμοκλῆς ὁ κωμικός φησιν*);[1]) sed ecquid cogit nos fabulam satyricam intellegere? Immo *Σάτυροι* satis frequens comoediarum titulus fuit;[2]) vide etiam Kock II p. 458. Ac cum secundum Wilamowitzium Athenaeus 407 f 'Icarios' satyricam fuisse diserte dicat, cur idem Athenaeus antea 341 e f 342 a haec scribit: '*Τιμ. ὁ κωμικὸς ἐν Δήλῳ .. καὶ ἐν Ἰκαρίοις δὲ ὁ αὐτὸς ποιητής φησιν*', neque tamen annotat 'Icarios' fabulam satyricam, non comoediam esse? Accedit, quod sedecies Athenaeus habet talia: *ἐν (Αἴθωνι) σατυρικῷ — ἐν τῷ σατυρικῷ (Πρωτεῖ) — ὁ τὸν Ἀγῆνα τὸ σατυρικὸν δραμάτιον συγγεγραφώς — Λυκόφρων δ' ὁ Χαλκιδεὺς ἐν σατυρικῷ δράματι, ὃ ... ἔγραψεν εἰς Μενέδημον*; cf. apud Athen. fragmenta Achaei *(Αἴθων — Ἀλκμαίων — Ἶρις)* Aeschyli *(Πρωτεύς)* Pythonis *(Ἀγήν)* Astydamantis *(Ἡρακλῆς)* Lycophronis *(Μενέδημος)* Sophoclis *(Ἄμυκος — Ἀμφιάραος —* X 428 a); semel tantum habet: *Λυκόφρων ὁ Χαλκιδεὺς γράψας σατύρους Μενέδημον, ἐν οἷς φησιν ὁ Σιληνὸς πρὸς τοὺς σατύρους.*

Itaque hoc iam certum videtur, '*Ἰκαρίους Σατύρους*' Athenaeum ipsum comoediam, non satyricam intellexisse.

Tum autem haec contendit Wilamowitz: 'Minime ambiguum Athenaei testimonium (IX 407 d, cf. p. 62) esse (scil. qui dicat 'utramque Musam ab uno Timocle cultam esse'), neque quicquam se de Athenaei fide detrahere, cum nil credi vetet Timoclem adulescentulum in utraque area vires suas exercuisse.' Attamen totum me quidem habet Meineke assentientem, qui 'hist. cr.' p. 430 iudicaverat multum falli eum, qui unum eundemque homi-

---

[1]) *Σατ.*, non *σατ.*, scribit etiam Kaibel, cf. Ind. Ath. p. 672.

[2]) cf. etiam Timoclis '*Δημοσάτυροι*' comoediam.

nem ab Athenaeo intellegi censeret. Si enim unum intellexisset Athenaeus poetam, ita ut semper scripturus fuisse mihi videtur; primum: *Τιμοκλῆς ὁ τῆς κωμῳδίας ποιητής* sive *Τιμ. (ὁ κωμικὸς) ἐν (μὲν δράματι) Λήθῃ* sive *Τιμ. ἐν Λήθῃ κωμῳδίᾳ φησίν*, tum autem additurus fuisse tale quid: *(ἔγραψε δὲ καὶ τραγῳδίας)*; sicut habemus VIII 343 c: *τῆς αὐτῆς ἰδέας καὶ Μελάνθιος ἦν ὁ τῆς τραγῳδίας ποιητὴς (ἔγραψε δὲ καὶ ἐλεγεῖα)*. Nunc vero hoc quidem loco alta voce legendum illud 'κωμῳδίας': 407 d *Τιμοκλῆς ὁ τῆς κωμῳδίας ποιητὴς (ἦν δὲ καὶ* [scil. *Τιμοκλῆς τις*] *τραγῳδίας* [*ποιητής*]*)*: nos: Timokles — ich meine den Komiker, nicht den Tragiker. Ceterum Wilamowitz, cum Athenaeum putat unum poetam intellexisse, tale quid eum dixisse vult, quod non nisi apud horum temporum criticos auditur: *Τιμοκλῆς ὁ τῆς κωμῳδίας ποιητής*: 'wenn überhaupt hier ein Werturteil gestattet ist, so muß man den Tragiker Shakespeare über den Komiker stellen'; ubi eundem hominem intellegunt. At talia a lingua Graeca aliena, a dictione Athenaei alienissima. Itaque equidem Athenaei testimonium minime ambiguum ita interpretor, ut Athenaeus alteram Musam ab altero Timocle cultam esse dicat.

Denique Wilamowitz non miratur, quod Timocles comicus poeta ab Athenaeo etiam tragicus dictus sit: in Alexandrinae enim bibliothecae indicibus satyrographos a tragicis distinctos non fuisse. Sed nunc quidem non nullius momenti est eorundem ipsorum Alexandrinorum, Callimacheorum scilicet, doctrina, quam nuperrime Didymus nobis suppeditavit ad Demosthen. X 70 haec annotans: *καὶ οἱ κωμικοὶ δ' αὐτοῦ* (scil. *Ἀριστομήδους*) *μνημονεύουσι, καθάπερ Φιλήμων . . Τιμοκλῆς δ' ἐν Ἥρωσιν . . καὶ ἐν Ἰκαρίοις*. Si enim, ut Wilamowitz putat, ipsi Callimachei in *πίναξιν* 'Icarios' satyricam Timocli tragico poetae ascripserant, cur iidem hoc loco fabulam inter comoedias afferunt?

Iam quae vera sit ratio quivis videt: Ab una parte stat inscriptio, unde comperimus fuisse Timoclem quendam tragicum poetam, de quo nil scimus nisi Lycurgo satyrica a. 341/0 eum vicisse; stat Athenaeus duos Timocles, alium comicum, alium tragicum distinguens, hic quoque sicut semper egregiis auctoribus nisus; stat illud quod ipse Wilamowitz dicit (Jahrb. p. 514) 'der dann (scil. inde ab antiquae comoediae priscis temporibus) niemals überbrückte Gegensatz der Gattungen (scil. comicae et tragicae poeseos)'; stat denique, si vera sunt quae disseruimus, vetustissima doctrina Hesychii (duplex dico lemma) ex iisdem ipsis fontibus derivata, quibus Athenaeus suam debet: ab altera parte stat Wilamowitzii coniectura, cui nil fere favet nisi communis utriusque poetae aetas.

Ita autem optime puto me finem posse disputandi facere, ut ad omnia quae disseruimus respiciens ea, quae nuper de Aristotele suo monuit Capps ('The introd.' p. 30), de nostris quoque, Athenaeo scilicet et Hesychio, intellegi velim: Didicimus ne tantulum quidem esse detrahendum de eorum verbis; ubi eos nequimus sequi, nosmet ipsi sumus caeci.

INDEX

nominum, locorum, rerum memorabilium, quae p. 5|6 commemorata non sunt.

pag.

Alciphronis fides 16[3].
Andronicus histrio 17. 28|29.
Anonymus *περὶ κωμ.* 18.
Antiphanes duo 33[5].
Apollodori 62[2].
Apollod., *Ἱέρεια* 16[2].
Aristomedes *ὁ Χαλκοῦς* 26.
Athenaei fontes 13|14. 62|63.
— codices 47 sq.
Athenaeus II 43f 66d 67a 44[1].
— II 47e 43[3].
— IX 382b 34[7].
— IX 407 d-f 64 sq.
— XIII 581 cd 17[1].
— XIII 587 b 24[3].
Bacchis 24. 28|29.
Chaerephilus 25. 28|29.
Chaerepho 15. 28|29.
Chrysis I, II 14[5]. 28|29.
Corydus 16. 28|29.
Ctesipp. Chabriae f. 19. 28|29.
Cyrebio 15|16. 28|29.
Diphili gens 20.
— *Αἱρησιτείχης* 20.
— *Γάμος* 20.
— *Ἔμπορος* 19.
— *Ἐναγίζοντες* 18.

pag.

Diphili *Εὐνοῦχος ἢ Στρατιώτης* 21.
— *Θησαυρός* 21.
— *Κληρούμενοι* 12. 20.
— Rudentis exemplar 21.
'δράματα αὐτοῦ' epitomae 50.
ἕτερος apud Suidam 57 sq.
Gnathaenion 16.
γυναικονόμοι 61.
Hesychii aetas 53.
— doctrinae fontes 54 sq. 63.
— epitomator 53.
'καὶ αὐτός' apud Suidam 40 sq.
Menandri duo 59.
— victoria lenaica prima 17 sq.
— *Κεκρύφαλος* 61.
— *Κόλαξ* 24[3].
— *Ὀργή* 19.
Misgolas 25. 28|29.
— Myrrhina I, II 14[4]. 28|29.
Nannion, senior et iunior 24. 28|29.
Phoenicides 34[7].
Phryne I, II 24[5].
Plango I, II 23 sq. 28|29.
Platonica scholia 53[2].

pag.

Pythonice 13[5]. 15. 28|29.
Sinope 23. 28|29.
Strato 34[7].
Theano 25.
Timocles tragicus 62. 65.
Timoclis comici
Δῆλος 61.
— *Δημοσάτυροι* 19. 28|29.
— *Διόνυσος* 61.

pag.

Timoclis comici
Ἰκάριοι 64 sq.
— *Καύνιοι* 60.
— *Λήθη* 28|29. 60.
— *Νέαιρα* 61.
— *Πολυπράγμων* 61.
— *Σαπφώ* 28|29. 60.
— *Φιλοδικαστής* 61.
— victoria lenaica 62.

POETARVM COMICORVM

GLOSSÆ SVIDIANÆ.

pag.

Αἴνικος 33. 38. 50.
Ἄλεξις 33.
Ἀλκαῖος 33.
Ἀλκιμένης 36.
Ἀμειψίας 36.
Ἄμφις 36.
Ἀναξανδρίδης 33.
Ἀναξίλας 36.
Ἀνάξιππος 33.
Ἀντιφάνης 32. 33.
Ἀπολλόδωρος 33. 50.
Ἀπολλοφάνης 33. 50.
Ἀραρώς 33. 50.
Ἀριστομένης 33. 54.
Ἀριστοφάνης 33. 50.
Ἀριστώνυμος 39. 51. 52.
Ἀρχέδικος 39. 51.
Ἄρχιππος 33.
Αὐγέας 33. 50. 54.
Αὐτοκράτης 33. 50.
Βάτων 54.
Δαμόξενος 38. 39. 41. 51.
Δεινόλοχος 33.
Δεξικράτης 39. 41[3]. 51.
Διόδωρος 39. 40. 48. 49. 51.
Διοκλῆς 33. 35. 50.
Διώξιππος 33. 50.
Ἐπιγένης 39. 51.
Ἐπικράτης 54.
Ἐπίλυκος 39. 51.
Ἐπίνικος 39. 40. 51.

pag.

Ἐπίχαρμος 33.
Ἔριφος 39. 47. 51.
Ἕρμιππος 33.
Εὐάγγελος 39. 51.
Εὔβουλος 33.
Εὐθυκλῆς 39. 51.
Εὔπολις 34. 38. 50. 53.
[Εὔσχημος] 39. 44. 49. 51. 53.
Εὔφρων 39. 51.
Ἔφιππος 36 sq. 53.
Ἡγήμων 39. 45. 51.
Ἡγήσιππος 39. 45.
Ἡνίοχος 34. 50. 53. 54.
Θεόγνητος 39. 47. 51.
Θεόπομπος 34.
Θεόφιλος 39. 51.
Ἵππαρχος 34. 50. 53.
Καλλίας 34. 50.
Κάνθαρος 34. 50.
Κηφισόδωρος 34. 50.
Κράτης 34. 50. 60.
Κρατῖνος 34.
Λεύκων 34. 50.
Λύσιππος 39. 51.
Μάγνης 34.
Μένανδρος 34. 59.
Μενεκράτης 35. 50. 53.
Μένιππος 53.
Μεταγένης 34. 50.
Μνησίμαχος 39. 45 sq. 51.
Μυρτίλος 34. 50.

pag.

Ναυσικράτης 39. 51.
Νικόστρατος 39. 43. 51. 63 [2].
Νικοφῶν 34. 50.
Νικοχάρης 34. 50.
Ξέναρχος 39. 51.
Πλάτων 32. 34. 35. 49. 50.
Πολύευκτος 39. 44. 51.
Πολύζηλος 35. 50. 53.
Ποσείδιππος 34.
Ῥίνθων 34.
Σαννυρίων 34. 35. 47. 50.
Στράττις 34. 35. 50.
Στράτων 34. 50. 54.
Σώπατρος 39. 45. 51.
Σωτάδης 36. 37.
Σώφιλος 34. 35. 50. 54.
Σώφρων 34. 39. 45. 51. 53.
Τελέστης 39. 45. 51.
Τηλεκλείδης 39. 41. 51.

pag.

Τιμόθεος 34. 35. 50. 54.
Τιμοκλῆς 39. 40[2]. 41. 51. 62 sq.
Τιμοκρέων 34.
Φερεκράτης 34.
Φιλέταιρος 34. 36. 50 sq.
Φιλήμων 35.
Φιλιππίδης 35.
Φίλιππος 39. 45 [1]. 46. 49. 51. 53.
[Φιλίσκος] 54.
Φιλιστίων 35.
Φιλύλλιος 35. 50. 52.
Φιλωνίδης 35. 50.
Φοινικίδης 39. 51.
Φόρμος 35. 50.
Φρύνιχος 35. 50. 54.
[Χαιρήμων] 39. 51.
Χιωνίδης 35. 50.
Ὠφελίων 31. 39. 44. 51.

Spezialdruckerei für Dissertationen, Robert Noske, Borna-Leipzig.

VITA.

Natus sum Reinhold Johannes Theodor Wagner in oppido Nossen mensis Januarii die XII. a. 1881 patre Eduard, matre Anna e gente Graf oriunda, quos ambo mihi adhuc superstites esse non ignoro quantopere meae intersit salutis. Fidei addictus sum evangelicae. In patria primis litterarum rudimentis imbutus et linguae Latinae elementis a Ricardo Herrmann praeceptore dilectissimo instructus a. 1892 in quintum ordinem florentissimi Gymnasii Regii Dresdensis receptus sum, ubi quam bene praeter ceteros Martinus Wohlrab et Martinus Lange viri vere humani de me meriti sint nunquam obliviscar. Maturitatis testimonium vere a. 1900 adeptus Lipsiam migravi philologicis potissimum studiis operam navaturus. Per tria semestria cum omnia optime mihi processissent, aestate a. 1901 gravissimo morbo miserrime conflictatus domumque redire coactus sum; ubi per totius fere anni spatium ne tantulum quidem potui litteris incumbere atque hoc didici: quot et quanta possis discere, si quando per aliquantum temporis prorsus nihil discas. Attamen miro modo sensim sine sensu convalescens autumno a. 1902 Lipsiam remigravi una cum parentibus carissimis litterisque studere perrexi.

Docuerunt me viri illustrissimi Brugmann Cichorius Duchesne Heinze Hofmann Immisch Jungmann Kirn Köster Lamprecht Lipsius Martini Marx Schreiber Sievers Sommer Studniczka Volkelt Wachsmuth † Wundt. Proseminarii philologici auspiciis Immischii per tria semestria sodalis fui ordinarius, per tertium senior; Martinii proseminario per tria semestria interfui. Proseminario Francogallico per duo semestria ascriptus eram; in proseminarium Germanicum comiter me receperunt Köster et Sievers. Praeterea liberaliter aditum mihi patefecerunt Cichorius ad societatem historicam, Marx ad exercitationes quas de arte metrica et de Romanis inscriptionibus instituit; item ut exercitationibus interessem mihi liberaliter concesserunt Schreiber Sommer Studniczka. Seminariorum sodalitatem quo minus appeterem valetudinis impeditus sum infirmitate, nisi quod cum diu procul negotiis fuissem, benevolentissime Wachsmuth in seminarium historicum me recepit.

Omnibus his viris humanissimis, praecipue Immischio, Martinio, Wachsmuthio, maximas ago gratias. Denique laetus profiteor multa me debere amicorum in societate philologa Lipsiensi consuetudini.

Lithomount
Pamphlet
Binders
Gaylord Bros. Inc.
Makers
Syracuse, N. Y.

236038
LGr.H.
W134s

Author Wagner, Reinhold Johannes Theodor

Title Symbolarum ad comicorum graecorum historiam criticam capita quattuor.

University of Toronto
Library

DO NOT
REMOVE
THE
CARD
FROM
THIS
POCKET

Acme Library Card Pocket
Under Pat. "Ref. Index File"
Made by LIBRARY BUREAU